

9. **ULPIANUS libro XXIII. ad Sabinum.**—Si quis vinum legaverit, omne continetur, quod ex vinea natum vinum permansit. Sed si mulsum sit factum, vini appellatione non continebitur proprie, nisi forte paterfamilias etiam de hoc sensit; certe zythum, quod in quibusdam provinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, non continebitur. Simili modo nec camum (1), nec cervisia (2) continebitur, nec hydromeli. Quid conditum? Nec hoc puto, nisi alia mens testantis fuit. Oenomeli plane, id es dulcissimum (3) vinum, continebitur; et passum, nisi contraria sit mens, continebitur; defrutum non continebitur, quod potius conditurae loco fuit; acinaticium plane vino (4) continebitur; cydoneum, et si qua alia sunt, quae non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur; item acetum vini appellatione non continebitur. Haec omnia ita demum vini nomine non continentur, si modo vini numero a testatore non sunt habita; alioquin Sabinus scribit, omnia vini appellatione contineri, quae vini numero paterfamilias habuit; igitur et acetum, quod vini numero paterfamilias habuit, et zythum, et camum (5), et cetera, quae pro hominum affectione atque usu vini numero habebuntur. Quodsi totum vinum, quod paterfamilias habuit, coacuit, non extinguitur legatum.

§ 1.—Si acetum quis legaverit, non continebitur legato acetum, quod vini numero testator habuit; embamma autem continebitur, quia aceti numero fuit.

§ 2.—Item si quis vinum, quod habuit, legavit, deinde hoc coacuit, licet postea in aceti locum translatum sit a paterfamilias, vino legato continebitur, quia id, quod testamenti facti tempore vinum fuit, demonstratum est; et est hoc verum, nisi voluntas adversetur.

§ 3.—Vino autem paterno legato id demum legatum videtur, quod testator vini numero habuit, non quod pater. Item si peculiare vinum legatum sit, id continebitur, quod servi habuerunt. Cur tam diverse? Quod patrum vinum iam coepit usus (6) ipsius testatoris esse, at peculiare in usu servorum remansit.

§ 4.—Item si vinum vetus sit legatum,

10. **HERMOGENIANUS (7) libro II. Iuris Epitomarum (8).**—ex usu testatoris legatum aestimabitur, id est, quot annorum vino pro vetere utebatur. Quodsi non appareat,

11. **ULPIANUS libro XXIII. ad Sabinum.**—vetus accipietur, quod non est novum, id est, et anni prioris vinum appellatione veteris continebitur;

12. **PAULUS libro IV. ad Sabinum.**—nam aliter observantibus, quis finis, aut quod initium veteris vini sumeretur?

(1) curmi, Hal.

(2) Hal.; cervesia, el código Fl.

(3) Taur. según corrección del código Fl.; mulcissimum. la escritura original del código Fl., Br.

(4) non, inserta la Vulg.

9. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIII.**—Si alguno hubiere legado el vino, se comprende todo lo que nacido de la viña quedó siendo vino. Pero si se hubiera hecho mulso, no se comprenderá propiamente en la denominación de vino, á no ser acaso que el padre de familia se refiriese también á esto; porque á la verdad no se comprenderá el zito, que en algunas provincias se hace del trigo, ó de la cebada, ó del pan. De igual modo tampoco se comprenderá ni la sidra, ni la cerveza, ni la hidromiel. ¿Qué se dirá del compuesto? Opino que tampoco éste, si no fué otra la intención del testador. Pero el vino añejo con miel, esto es, el vino muy dulce, se comprenderá; y se comprenderá el de pasa, si otra no hubiera sido la intención; el vino cocido no será comprendido, porque más bien estuvo en calidad de compuesto; pero el acinaticio será comprendido en el vino; el cidoneo, y otras bebidas que hay, que no se hacen de la uva, no se comprenderán en la denominación de vino; tampoco se comprenderá en la denominación de vino el vinagre. Nada de esto se comprenderá con el nombre de vino solamente si no fué tenido en clase de vino por el testador; porque en otro caso escribe Sabino, que con la denominación de vino se comprende todo lo que el padre de familia tuvo en clase de vino; así, pues, también el vinagre, que el padre de familia tuvo en clase de vino, el zito y la sidra, y lo demás que según el gusto y el uso de los hombres se tuviese en clase de vino. Pero si se agrió todo el vino, que tuvo el padre de familia, no se extingue el legado.

§ 1.—Si alguno hubiere legado el vinagre, no se comprenderá en el legado el vinagre, que el testador tuvo en clase de vino; pero se comprenderá el embamma, que estuvo en clase de vinagre.

§ 2.—Asimismo, si alguno legó el vino que tuvo, y después éste se agrió, aunque luego haya sido trasladado por el padre de familia al lugar del vinagre, se comprenderá en el vino legado, porque se designó lo que fué vino al tiempo de hacerse el testamento; y esto es verdad, si no se opusiera la voluntad del testador.

§ 3.—Pero legado el vino del padre se considera legado solamente el que el testador, no el que el padre, tuvo en clase de vino. Asimismo, si se hubiera legado el vino de los peculios, se comprenderá el que tuvieron los esclavos. ¿Porqué con tanta diversidad? Porque el vino del padre comenzó ya á ser del uso del mismo testador, pero el de los peculios continuó siendo de uso de los esclavos.

§ 4.—Igualmente, si se hubiera legado el vino añejo,

10. **HERMOGENIANO; Epítome del Derecho, libro II.**—por el uso del testador se apreciará el legado, esto es, de cuantos años tenía el vino por añejo. Pero si no apareciera,

11. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIII.**—se entenderá por añejo el que no es nuevo, esto es, que con la denominación de añejo se comprenderá también el vino del año anterior;

12. **PAULO; Comentarios á Sabino, libro IV.**—porque observándolo de otro modo, ¿qué término ó qué principio se tomaría para el vino añejo?

(5) curmi, Hal.

(6) usu, Hal.

(7) Neratius, la Vulg.

(8) Taur. según corrección del código Fl.; epitomatorum. la escritura original, Br.

13. **ULPIANUS** libro XXIII. ad Sabinum.—«Ex eo vino, quod in illo fundo nascetur, heres meus amphoras decem quotannis in annos singulos dato; quo anno natum non fuisset, ex superiore anno eius fundi eum numerum amphorarum heredem daturum Sabinus existimat; quae sententia, si voluntas non adversetur, mihi quoque placet.

14. **POMPONIUS** libro VI. ad Sabinum.—Vino legato ea demum vasa sequuntur, quae ita in usu (1) sunt, ut non ad perpetuum usum vasa reservarentur, veluti amphorae et cadi.

15. **PROCLUS** libro II. Epistolarum.—Vinum cum vasis legavit; negat Trebatius, quod in doliis sit, deberi, et sensum testatoris alium putat esse, verborum alium; ceterum dolia in vasis vinariis non esse (2). Ego, etsi dolia in vasis vinariis non sunt, tamen non concederem Trebatio, vinum, quod in doliis esset, id est, quod in vasis non esset, non esse legatum. Illud verum esse puto, cui vinum cum vasis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffusa servamus, legatos esse; vinum enim in amphoras et cados hac mente diffundimus, ut in his sit, donec usus causa probetur; et scilicet id vendimus cum his amphoris et cadis; in dolia autem alia mente coniciimus (3), scilicet ut ex his postea vel in amphoras et cados diffundamus (4), vel sine ipsis doliis veneat.

16. **IDEM** libro III. ex Posterioribus Labeonis.—Qui vinum Surrentinum in urnalibus habebat diffusum, is tibi vinum legaverat in amphoris; omne illud quoque vinum, quod in urnalibus fuisset, legatum esse Labeo et Trebatius responderunt.

§ 1.—Cui dulcia legata essent, si nihil aliud testamento significetur, omnia haec esse legata: mulsum, passum, defrutum, et similes potiones, item uvas, ficos, palmas, caricas.

§ 2.—Quodsi ita esset legatum: «vinum amphorarium, Amineum (5), Graecum, et dulcia omnia», nihil inter dulcia, nisi quod potionis fuisset, legatum putat Labeo ex collatione vini amphorarii; quod non improbo.

TIT. VII

DE (6) INSTRUMENTO VEL INSTRUMENTO LEGATO

1. **PAULUS** libro IV. ad Sabinum.—Sive cum instrumento fundus legatus est, sive instructus, duo legata intelliguntur.

§ 1.—Fundo cum instrumento legato et alienato instrumentum non vindicabitur ex sententia defuncti.

(1) Según nuestra conjetura; diffusa, por in usu, el código Fl.; in quae ita diffusa sunt vina, Hal.

(2) Hal. Vulg.; essent, el código Fl.

(3) Taur.; coicimus, el código Fl., Br.

13. **ULPIANO**; *Comentarios á Sabino, libro XXIII.*—«Dé mi heredero para cada año todos los años diez ánforas del vino que se produjere en aquel fundo»; Sabino opina, que en el año en que no se hubiese producido deberá dar el heredero el mismo número de ánforas con el del año anterior de este fundo; cuya opinión, si á ella no se opusiera la voluntad, también á mi me parece bien.

14. **POMPONIO**; *Comentarios á Sabino, libro XVI.*—Legado el vino se comprenden solamente los envases que están en uso de modo que los envases no se reserven para uso perpétuo, como las ánforas y los barriles.

15. **PRÓCULO**; *Epistolas, libro II.*—Uno legó el vino con los envases; dice Trebacio, que no se debe el que esté en tinajas, y opina que una fué la intención del testador, y otro el sentido de las palabras; pero que las tinajas no están comprendidas en los envases de vino. Yo, aunque las tinajas no están comprendidas en los envases de vino, no le concedería, sin embargo, á Trebacio que no se haya legado el vino que estuviese en tinajas, esto es, que no estuviese en envases. Opino que es verdad, que á aquel á quien se le hubiese legado el vino con los envases se le legaron las ánforas y los barriles en que vaciado conservamos el vino; porque echamos el vino en ánforas y en barriles con la intención de que esté en ellos hasta que se pruebe para usarlo; y por esto lo vendemos con estas ánforas y barriles; pero lo echamos en tinajas con otra intención, á saber, para de ellas echarlo en ánforas y barriles, ó para venderlo sin las mismas tinajas.

16. **EL MISMO**; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeón, libro III.*—Uno que tenía vino sorrentino echado en urnas, le había legado el vino en ánforas; Labeón y Trebacio respondieron, que se legó también todo aquel vino que hubiese habido en las urnas.

§ 1.—A aquel á quien se le hubiesen legado las cosas dulces, si ninguna otra cosa se significara en el testamento, se le legaron también estas otras cosas: el mulso, el vino de pasa, el vino cocido y otras bebidas semejantes, y también las uvas, los higos, los dátiles, y los higos secos.

§ 2.—Pero si se hubiese legado de este modo: «el vino de ánforas, el amineo, el griego, y todas las cosas dulces», opina Labeón, atendiendo á la adición de vino de ánforas, que no se legó entre las cosas dulces nada que no fuese cosa de bebida; lo que no desapruero.

TÍTULO VII

DEL LEGADO DE COSA PROVISTA Ó DEL DE LOS UTENSILIOS

1. **PAULO**; *Comentarios á Sabino, libro IV.*—Ya si se legó un fundo con los aperos, ya si provisto, se entiende que hay dos legados.

§ 1.—Legado y enajenado un fundo con los aperos, no se reivindicarán los aperos en virtud de la voluntad del difunto.

(4) Taur.; diffudamus, el código Fl.

(5) ἄμινον [melius], otros en Hal.

(6) FUNDO, inserta la Vulg.

2. PAPINIANUS libro VII. *Responsorum*.—Quum pater, pluribus filiis heredibus scriptis, duobus praeceptionem bonorum aviae praeter partes hereditarias dedisset, pro partibus coheredum viriles habituros legatarios placuit.

§ 1.—Dotes praediorum, quae Graeco vocabulo ἐπιθήκαι (1) appellantur, quum non instructa legantur, legatario non praestantur.

3. IDEM libro VIII. *Responsorum*.—Fundum instructum libertis patronus testamento legavit; postea codicillis petiit (2), ut morientes partes suas fundi superstitibus restituerent, nec instructi (3) mentionem habuit; talem in causam fideicommissi deductum videri placuit, qualis fuerat legatus; sed et (4) medii temporis augmenta foetuum et partuum, item detrimenta fatalium fideicommissis contineri.

§ 1.—Minor viginti annis instructa praedia consobrinae suae dari voluit, et quosdam servos praediorum vivos manumisit; non idcirco servi manumissi (5) praestabuntur, quod ad libertatem pervenire non possunt. Idem iuris est, quum ex quavis alia causa libertas non competit.

4. JAVOLENUS libro II. *ex Posterioribus Labeonis*.—Quum quidam duos fundos iunctos haberet, et ex altero boves, quum opus fecissent, in alterum reverterentur, utrumque fundum cum instrumento legaverat; Labeo, Trebatius boves ei fundo cessuros putant, ubi opus fecissent, non ubi manere consuevissent; Cascellius contra; Labeonis sententiam probo.

5. LABEO libro I. *Περίων* (6) a Paulo epitomatorem.—Si cui fundum et instrumentum eius legare vis, nihil interest, quomodo leges: «fundum cum instrumento», an: «fundum et instrumentum», an: «fundum instructum». Paulus: imo contra, nam inter ea legata hoc interest, quod si fundo alienato mortuus fuerit, qui ita legavit, ex hac scriptura: «fundum cum instrumento», nihil erit legatum, ex ceteris poterit instrumentum esse legatum.

6. SCAEVOLA libro XVI. *Digestorum*.—Nepoti legaverat, quae certa regione praedia habuerat, ut instructa sunt, cum vino, grano, calendario, et adiecerat haec verba: «quidquid erit, quum moriar, in illa regione, et (7) quidquid in quacunque specie erit in illa regione, vel (8) quod meum erit»; viva testatrice unus ex debitoribus condemnatus, vivente testatrice satis non fecit; quaesitum est, an, quod ex sententia iudicis deberetur, ad nepotem pertineret. Respondit, nihil proponi, cur non deberetur.

7. IDEM libro XXII. *Digestorum*.—Tabernam cum coenaculo Pardulae manumisso (9) testa-

2. PAPINIANO; *Respuestas, libro VII*.—Cuando un padre, habiendo instituido herederos a muchos hijos, hubiese dado a dos de ellos además de sus porciones hereditarias el prelegado de los bienes de la abuela, se determinó que los legatarios habrán de tener porciones viriles con arreglo a las porciones de los coherederos.

§ 1.—Las dotes de predios, que con vocablo griego se llaman ἐπιθήκαι, cuando no se legan provistos, no se le dan al legatario.

3. EL MISMO; *Respuestas, libro VIII*.—Un patrono legó por testamento a sus libertos un fundo provisto; después pidió en los codicilos que los que muriesen dejaran sus partes del fundo a los sobrevivientes, y no se hizo mención del fundo provisto; se determinó, que se consideraba comprendido en la causa del fideicomiso tal como habia sido legado; pero que también se comprendian en el fideicomiso los aumentos de los fetos y de los partes del tiempo intermedio, y asimismo los quebrantos de los que se perdian fatalmente.

§ 1.—Uno menor de veinte años quiso que a su prima se le dieran unos predios provistos, y manumitió en vida algunos esclavos de los predios; no precisamente porque no pueden llegar a la libertad se darán los esclavos manumitidos. El mismo derecho hay cuando por otra cualquier causa no compete la libertad.

4. JAVOLENO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeón, libro II*.—Teniendo uno dos fundos contiguos, y empleándose, cuando hacían falta, los bueyes del uno en el otro, habia legado ambos fundos con sus aperos; Labeón y Trebacio opinan, que los bueyes habrán de agregarse al fundo en que trabajaban, no a aquel en que hubiesen acostumbrado a estar; Cascelio por el contrario; apruebo la opinión de Labeón.

5. LABEÓN; *Dichos recopilados por Paulo, libro I*.—Si quieres legar a alguno un fundo y sus aperos, no importa de qué modo se lo legues, si «el fundo con los aperos», ó «el fundo y los aperos», ó «el fundo provisto». Paulo dice: antes por el contrario, porque entre estos legados hay esta diferencia, que si enajenado el fundo hubiere muerto el que así lo legó, nada se habrá legado en virtud de esta cláusula; «el fundo con sus aperos», y en virtud de las otras se podrán haber legado los aperos.

6. SCAEVOLA; *Digesto, libro XVI*.—Una habia legado a su nieta los predios que habia tenido en cierta región, como estaban provistos, con el vino, con los granos, y con el libro de cuentas, y habia añadido estas palabras: «todo lo que hubiere, cuando yo muera, en aquella región, y todo lo que en cualquier especie hubiere en aquella región, ó fuere mio»; condenado en vida de la testadora uno de los deudores, no pagó viviendo la testadora; se preguntó, si le pertenecía al nieto lo que se debiese en virtud de la sentencia del juez. Respondió, que nada se exponía para que no se le debiese.

7. EL MISMO; *Digesto, libro XXII*.—Uno habia legado a Párdula, manumitido en el testamento,

(1) Véase el fragmento 68. § 5. D. XXXII.

(2) Hal. Vulg.; petit, et códice Fl.

(3) instrumenti, Hal. Vulg.

(4) Hal.; et, omitela el códice Fl.

(5) cum praediis ex causa fideicommissi, inserta la Vulg.

(6) libro Περίων, Hal.

(7) vel, por et, la Vulg.

(8) et, por vel, Hal.

(9) manumissae, Hal. Vulg.

monito legaverat cum mercibus, et instrumentis, et suppellectili, quae ibi esset; item horreum vinarium cum vino, et vasia, et instrumento, et institoribus, quos secum habere consueverat; quaesitum est, (1) quum vivo testatore insula, in qua coenaculum fuit, quod ei legatum erat, exusta sit, et post biennium eodem loco constituta nova, et horreum, quod eidem legatum erat, a testatore venierit, vini autem venditio dilata sit, ut ex eo commode (2) venirent, an universa legata Pardula consequi possit. Respondit, ea, in quibus voluntas mutata esset, non deberi.

8. ULPIANUS libro XX. ad Sabinum. — In instrumento (3) fundi ea esse, quae fructus quaerendi, cogendi, conservandi gratia parata sunt, Sabinus libris ad Vitellium evidenter enumerat: quaerendi, veluti homines, qui agrum colunt, et qui eos exercent, praepositive sunt his, quorum in numero sunt villici, et monitores, praeterea boves domiti, et pecora stercorandi causa parata, vasaque utilia culturae, quae sunt aratra, ligones, sarculi, falces putatoriae, bidentes, et si qua similia dici possunt; cogendi, quemadmodum torcularia, corbes, falcesque messoriae, falces foenariae, quali vindemiatorii exceptorique, in quibus uvae comportantur; conservandi, quasi dolia, licet defossa non sint, et cupae.

§ 1.—Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, veluti atrienses, scoparii; si etiam viridiaria (4) sint, topiarii, si fundus saltus pastionesque habet, greges pecorum, pastores, saltuarii.

9. PAULUS libro IV. ad Sabinum. — De grege ovium ita distinguendum est, ut, si ideo comparatus sit, ut ex eo fructus caperetur, non debeat; si vero ideo, quia non aliter ex saltu fructus percipi poterit, contra erit, quia per greges fructus ex saltu percipiuntur.

10. ULPIANUS libro XX. ad Sabinum. — Si redditus etiam (5) ex melle constat, alvei apesque continentur.

11. JAVOLENUS libro II. ex Cassio. — Eadem ratio est in avibus, quae in insulis maritimis aluntur.

12. ULPIANUS libro XX. ad Sabinum.—Quaesitum est, an frumentum, quod cibariis cultorum paratum foret, instrumento cederet. Et plurimum non placet, quia consumeretur, quippe instrumentum est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio; accedit eo, quod cibaria victus magis, quam colendi causa pararentur. Sed ego puto, et frumentum, et vinum ad cibaria paratum instrumento contineri; et ita Serviana

una tienda con cenáculo, con las mercaderías, los enseres, y el ajuar que allí hubiese; y también la bodega con el vino, y con los vasos, y con los enseres, y con los encargados del comercio, que había acostumbrado á tener consigo; se preguntó, si, habiéndose quemado en vida del testador la casa en que estuvo el cenáculo, que se le había legado, y habiéndose edificado otra nueva después de dos años en el mismo lugar, y habiéndose vendido por el testador la bodega que al mismo le había sido legada, pero habiéndose diferido la venta del vino para venderlo de este modo convenientemente, podría conseguir Pardula todas las cosas legadas. Respondió, que no se deben aquéllas respecto á las que hubiese sido cambiada la voluntad.

8. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XX.* — Sabino expone con evidencia en sus libros de comentarios á Vitelio, que en los aperos de un fundo están comprendidas las cosas que fueron preparadas para obtener, recoger y conservar los frutos: para obtenerlos, como los esclavos que cultivan el campo, y los que los dirigen, ó están al frente de ellos, en cuyo número están los encargados de las granjas, y los capataces, y además los bueyes domados, los ganados destinados á estercolar, y los instrumentos útiles para el cultivo, como son los arados, los azadones, los escardillos, las hoces de podar, los bidentes y otros análogos que se pueden decir; para recogerlos, como las prensas de lagares, las cestas, las hoces de segar, las guadañas, los cestos de vendimiar y de recoger, en que se acarrean las uvas; para conservarlos, como las tinajas, aunque no estén empotradas, y las cubas.

§ 1.—En algunas regiones se agregan á los aperos, si la casa de campo está más cuidada, por ejemplo, los porteros, y los barrenderos; si también hubiera jardines, los jardineros, y si el fundo tiene bosque y pastos, los rebaños de ganados, los pastores, y los guardabosques.

9. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro IV.* — Respecto al rebaño de ovejas se ha de distinguir de este modo, que no se deberá, si hubiera sido comprado para obtenerse de él frutos; pero si lo hubiera sido porque de otro modo no se pudieren percibir frutos del bosque, será lo contrario, porque los frutos se perciben del bosque por medio de los rebaños.

10. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XX.* — Si consta que de la miel se obtiene también renta, se comprenden las colmenas y las abejas.

11. JAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro II.* — La misma razón hay en cuanto á las aves, que se alimentan en las islas del mar.

12. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XX.* — Se preguntó si se agregaría á los aperos el trigo que estuviese destinado á la manutención de los cultivadores. Y á muchos no les parece bien, porque se consume, pues es apero el aparato de cosas que han de subsistir largo tiempo, sin las que no se podría explotar la posesión; á esto se añade, que las provisiones estarían destinadas más bien para la manutención, que para el cultivo. Pero yo

(1) Según corrección del código Fl., Br.; et, inserta Taur. según la escritura original.

(2) Hal.; commoda, el código Fl.; commoda, la Vulg.

(3) Instrumenta, la Vulg.

(4) Hal.; viridiaria, el código Fl.

(5) etiam, omitela Hal.

respondisse auditores eius referunt. Item nonnullis visum est, frumentum, quod serendi causa sepositum est, instrumento contineri; puto, quia et instar culturae esset, et ita consumitur, ut semper reponeatur; sed causa seminis nihil a cibariis differt.

§ 1.—Conservandi fructus causa, veluti granaria, quia in his fructus custodiuntur, urceos, capsellas, in quibus (1) fructus componuntur, sed et ea, quae exportandorum fructuum causa parantur, instrumenti esse constat, veluti iumenta, et vehicula, et naves, et cupae, et culei.

§ 2.—Alfenus autem, si quosdam ex hominibus aliis legaverit, ceteros, qui in fundo fuerunt, non contineri instrumento ait, quia nihil animalis instrumenti esse opinabatur; quod non est verum, constat enim, eos, qui agri gratia ibi sunt, instrumento contineri.

§ 3.—Quaeritur, an servus, qui quasi colonus in agro erat, instrumento legato contineatur. Et Labeo, et Pegasus recte negaverunt, quia non pro instrumento in fundo fuerat, etiamsi solitus fuerat et familiae imperare.

§ 4.—Saltuarium autem Labeo quidem putat eum deum contineri, qui fructuum servandorum gratia paratus sit, eum non, qui finium custodiendorum causa; sed Neratius etiam hunc; et hoc iure utimur, ut omnes saltuarii contineantur.

§ 5.—Trebatio amplius etiam pistorem, et tonsorem, qui familiae rusticae causa parati sunt, putat contineri; item fabrum, qui villae reficiendae causa paratus sit; et mulieres, quae panem coquant, quaeque villam servent; item molitores, si ad usum rusticum parati sunt; item focariam, et villicam, si modo aliquo officio virum adiuvet; item lanificas, quae familiam rusticam vestiunt, et quae pulmentaria rusticis coquant.

§ 6.—Sed an instrumenti instrumentum legato instrumento continetur, quaeritur; haec enim, quae rusticorum causa parantur, lanificae (2), et tonsores, et fullones, et focariae, non agri sunt instrumentum, sed instrumenti; puto igitur, etiam focariam contineri, sed et lanificas, et ceteros, qui supra numerati sunt; et ita Servium respondisse auditores eius referunt.

§ 7.—Uxores quoque et infantes eorum, qui supra enumerati sunt, credendum est, in eadem villa agentes voluisse testatorem legato contineri; neque enim duram separationem iniunxisse credendus est.

§ 8.—Si aliqua parte anni in fundo pascantur pecora, aliqua parte his pabulum conducitur, vel servi, si aliqua parte anni per eos ager colitur, aliqua parte in mercedem mittuntur, nihilo minus instrumento continentur.

§ 9.—Cellarium (3) quoque, id est ideo praeposi-

opino, que en el apero se contienen así el trigo, como el vino destinado para la manutención; y sus discípulos dicen que así respondió Servio. También les pareció á algunos, que el trigo, que se separó para sembrar, se comprende en el apero; yo creo, que porque sería como para el cultivo, y se consume de modo que siempre se repone; pero por razón de estar para simiente en nada se diferencia del que sirve para la manutención.

§ 1.—Consta que es del apero lo que sirve para conservar los frutos, como los graneros, porque en ellos se guardan los frutos, las orzas, y las cajas en que se preparan los frutos, y también lo que se destina para exportar los frutos, como las caballerías, los vehículos, las naves, las cubas y los odres.

§ 2.—Pero Alfenus dice, que si hubiere legado á unos algunos de los esclavos, no se comprenden en el apero los demás que hubiere en el fundo, porque opinaba que nada animal se comprendía en el apero; lo que no es verdad, porque consta que los que por exigencias del campo están en él, se comprenden en el apero.

§ 3.—Se pregunta, si el esclavo, que como colono estaba en el campo, se comprenderá en el apero legado. Y con razón dijeron que no Labeón y Pegasus, porque no habia estado en el campo como siendo del apero, aunque también habia solido mandar á la servidumbre.

§ 4.—Mas, á la verdad, Labeón opina que se comprende solo aquel guardabosque, que haya sido destinado á guardar los frutos, no el que á guardar las lindes; pero Neracio cree, que también éste; y de este derecho usamos, de modo que se comprenden todos los guardabosques.

§ 5.—Además opina Trebacio, que también se comprenden el panadero, y el barbero, que están destinados para el servicio de los esclavos campesinos; asimismo el operario, que esté destinado para reparar la casa de campo; y las mujeres que cuezan el pan, y las que presten servicio en la casa de campo; también los molineros, si están destinados al servicio del campo; igualmente la que cuida del fuego, y la mujer del granjero, si en algún servicio le ayuda al marido; y también las trabajadoras en lana, que visten á los esclavos campesinos, y las que cuecen la comida para los campesinos.

§ 6.—Pero se pregunta, si en el legado del apero se comprenden los instrumentos de las cosas del apero; porque las que se destinan por causa de los campesinos, las trabajadoras en lana, los barberos, los lavaderos, y las que cuidan de la lumbre, no son instrumentos del campo, sino del apero; opino, pues, que también se comprende la que cuida de la lumbre, é igualmente las trabajadoras en lana, y los demás que antes se han enumerado; y dicen sus discípulos que así respondió Servio.

§ 7.—Se ha de creer, que el testador quiso que se comprendieran en el legado también las mujeres y los hijos de los que arriba se han enumerado, que vivan en la misma granja; porque no es creíble que les haya impuesto una dura separación.

§ 8.—Si en alguna parte del año pastan en el fundo los ganados, y durante otra parte se les lleva el pasto, ó, tratándose de esclavos, si alguna parte del año se cultiva por ellos el campo, y durante otra parte son enviados á trabajar á jornal, son, no obstante, comprendidos en el apero.

§ 9.—También consta que el despensero, esto

(1) fructus custodiuntur, — in quibus, se consideran añadidas por antiguos copistas.

(2) Según conjetura Br.; et lanne, inserta el código Fl.

(3) Hal. Vulg.; cellarium, el código Fl.

tum, ut rationes salvae sint, item ostiarium mulionemque instrumenti esse constat.

§ 10.—Et molas, et machinas, foenum, stipulas, asinum machinarium, machinam frumentariam, vas aeneum, in quo sapa (1) coqueretur, et defrutum fiat, et aqua ad bibendum lavandamque familiam paratur, instrumenti esse, et cribra, et plaustra, quibus stercus evehatur.

§ 11.—Ea vero, quae solo continentur, instrumenti fundi non esse Cassius scribit, veluti arundineta et salicta, antequam caesa sint, quia fundus fundi instrumentum esse non potest; sed si caesa sint, puto contineri, quia quaerendo fructui deserviunt. Idem et in palis erit dicendum.

§ 12.—Si in agro venationes sint, puto, venatores quoque, et vestigatores, et (2) canes, et cetera, quae ad venationem sunt necessaria, instrumento contineri, maxime si ager et (3) ex hoc redditum habuit.

§ 13.—Et si ab aucupio redditus fuit, aucupes, et plagae, et huius rei instrumentum agri instrumento continebitur; nec mirum, quum et aves instrumento exemplo apium contineri, Sabinus et Cassius (4) putaverunt.

§ 14.—Si quis eodem instrumento in plurimis agris utatur, cuius agri sit instrumentum, quaeritur. Et ego arbitror, si quidem apparet voluntas patrisfamiliae, cui potius agro destinaverat, eius esse instrumentum, ceteri enim agri ab hoc agro veluti mutuantur; si non appareat, nullius instrumento cedet, neque enim pro parte (5) dividemus instrumentum.

§ 15.—Supellex, ceteraque, si qua in agro fuerunt, quo instructor esset paterfamilias, instrumento fundi non continentur.

§ 16.—Si domus sit instrumentum legatum, videndum, quid contineatur. Et Pegasus ait, instrumentum domus id esse, quod tempestatis arcendae, aut incendii causa paratur, non quod voluptatis gratia; itaque neque specularia, neque vela, quae frigoris causa vel umbrae in domo sunt, deberi. Quae sententia Cassii fuit, qui dicebat, inter instrumentum et ornamentum multum interesse; instrumenti enim ea esse, quae ad tutelam domus pertinent, ornamentum, quae ad voluptatem, sicuti tabulas pictas.

§ 17.—Vela autem Cilicia instrumenti esse Cassius; quae ideo parantur, ne aedificia vento vel pluvia laborent.

§ 18.—Acetum quoque, quod extinguendi incendii causa paratur, item centones, siphones, perticae quoque, et scalae; et phormiones, et spongas, et amas, et scopas (6) contineri, plerique et Pegasus aiunt.

§ 19.—Tegulam autem, et tignum eius rei causa paratum instrumento contineri, si ad huiusmodi causam habeat tigna parata ad alios usus non deservientia. Proinde et fulcimenta, si qua habebat huic rei necessaria, etiam ea instrumento domus continebuntur.

(1) saba, Hal.

(2) et, omitenda erradamente to las las ed. citadas por Br.

(3) et, omitenda Hal. Vulg.

(4) Cascellius, Hal.

es, el encargado de que estén guardadas las raciones, y asimismo el portero y el mulero, son del apero.

§ 10.—Son del apero las muelas, las máquinas, el heno, la paja, el burro de la máquina, la atahona, la caldera de cobre en que se cuece el arropo, y se hace el vino cocido, y en que se echa el agua para que beba y se lave la servidumbre, y las crias, y los carros en que se saque el estiércol.

§ 11.—Mas escribe Cassio, que las cosas que se contienen en el suelo no son del apero del fundo, como los cañaverales y los sauzales, antes que hayan sido cortados, porque el fundo no puede ser instrumento del fundo; pero si hubieran sido cortados, opino que se comprenden, porque sirven para procurar frutos. Lo mismo se habrá de decir también respecto a los palos.

§ 12.—Si en el campo hubiera cazadores, opino que se comprenden en el apero también los cazadores, los ojeadores, los perros, y las demás cosas que son necesarias para la caza, mayormente si también de esto obtuvo renta el campo.

§ 13.—Y si hubo renta procedente de la caza de aves, los cazadores, y las redes, y los aparatos para esta cosa se comprenderán en el apero del campo; y no es de extrañar, porque Sabinus y Cassio opinaron, que también las aves se comprenden en el apero a semejanza de las abejas.

§ 14.—Si alguno usara del mismo apero en muchos campos, se pregunta de qué campo será el apero. Y yo opino, que, si verdaderamente aparece a qué campo lo había destinado preferentemente la voluntad del testador, es apero de aquel, porque los demás campos son como proveídos a préstamo por este; y si no apareciera, no se agregará al apero de ninguno, porque tampoco dividiremos en partes el apero.

§ 15.—El ajuar, y las demás cosas, si algunas hubiere en el campo, para que el padre de familia estuviese más provisto, no se comprenderán en el apero del fundo.

§ 16.—Si se hubieran legado los menesteres de una casa, se ha de ver qué se contenga. Y dice Pegasus, que es menester de una casa lo que se destina para defenderse de la tempestad, ó por causa de incendio, no lo que con objeto de recreo; y así, no se deben ni las vidrieras, ni las cortinas, que hay en la casa por causa del frio ó de la sombra. Cuya opinión fué de Cassio, que decía, que hay mucha diferencia entre los menesteres y el ornato; porque eran menesteres las cosas que se refieren a la conservación de la casa, y cosas de ornato las que al recreo, como los cuadros pintados.

§ 17.—Pero Cassio dice, que las cortinas de pelo de cabra son menesteres; porque se destinan a que no sufran los edificios por el viento ó por la lluvia.

§ 18.—Muchos y Pegasus dicen, que se comprenden también el vinagre que está destinado para apagar los incendios, y también los centones, los sifones, las pértigas, y las escalas; y las esteras, esponjas, cubos y escobas.

§ 19.—Mas las tejas y las bigas preparadas con este objeto se comprenden en los menesteres, si tuviera preparadas las bigas para este objeto sin servir para otros usos. Por consiguiente, también se comprenderán en los menesteres de la casa los puntales, si tenia algunos necesarios para este objeto.

(5) agri, inserta la Vulg.

(6) scaphas, Hal.

§ 20.—De velis, quae in hypaethris extenduntur, item de his, quae sunt circa columnas, Celsus scribit, magis supellectili adnumeranda; et ita Sabinum et Cassium putare.

§ 21.—Canales autem, et harpagones, et amas instrumento contineri, constat.

§ 22.—Item perticae, quibus aranae detergantur; item spongiae, quibus columnae, pavimenta, podia extergantur; scalae, quae ad lacunaria admoveantur, instrumenti sunt, quia mundiore domum reddunt.

§ 23.—Papinianus quoque libro septimo Responsorum ait: sigilla et statuariae affixae instrumento domus non continentur, sed domus portio sunt; quae vero non sunt affixae, instrumento non continentur, inquit, supellectili enim adnumerantur, excepto horologio aereo, quod non est affixum—nam et hoc instrumento domus putat contineri—, sicut prothyrum domus, si velamen est, inquit, instrumento domus (1) continetur.

§ 24.—Fistulae autem, et canales, et crateres, et si qua sunt alia ad aquas salientes necessaria, item serae (2) et claves magis domus portio, quam domus instrumentum sunt.

§ 25.—Specularia quoque affixa magis puto domus esse partem; nam et in emptione domus et specularia, et pegmata cedere, sive in aedificio sint (3) posita, sive ad tempus detracta; sed si non sint reposita, ad hoc tamen sint, ut suppleantur, si qua desint, instrumento potius continebuntur.

§ 26.—Cancelli quoque instrumento (4) contineri puto.

§ 27.—Sed si fundus non sit cum instrumento legatus, sed ita, ut instructus sit, quaesitum est, an plus contineatur, quam si cum instrumento legatus esset. Et Sabinus libris ad Vitellium scribit, fatendum esse, plus esse, quam instructus fundus legetur, quam si cum instrumento; quam sententiam quotidie increscere et inolescere videmus. Quanto igitur hoc legatum uberius est, videndum est; et Sabinus definit, et Cassius apud Vitellium notat: omnia, quae eo collocata sunt, ut instructor esset paterfamilias, instructo, inquit, continebuntur, id est, quae ibi habuit, ut instructor esset (5). Hoc ergo legato non (6) agri instrumentum, sed (7) proprium suum instrumentum reliquisse videtur.

§ 28.—Proinde si fundus sit instructus legatus, et supellex continebitur, quae illic fuit usus ipsius gratia, et vestis non solum stragula, sed et qua ibi uti solebat; mensae quoque eboreae, vel si quae aliae; item vitreae, et aurum, et argentum; vina quoque, si qua ibi fuerint usus ipsius causa, continentur, et si quid aliud utensilium.

§ 29.—Sed si qua eo congesserat non usus sui (8) causa, sed custodiae gratia, non continebuntur; vina etiam, quae in apothecis sunt, non cedent; et

§ 20.—Respecto á los toldos que se extienden en los patios, y á los que están cerca de las columnas, escribe Celso que más bien se han de contar en el menaje; y que así opinan Sabino y Cassio.

§ 21.—Pero consta que se comprenden en los menesteres las canales, los arpones y los cubos.

§ 22.—También las varas con que se quitan las telarañas; asimismo las esponjas, con las que se limpian las columnas, los pavimentos, y los balcones; las escalas, que se ponen para los artesonados, son menesteres, porque hacen más limpia la casa.

§ 23.—También dice Papiniano en el libro séptimo de las Respuestas: las figurillas y estatuas fijas no se comprenden en los menesteres de la casa, sino que son parte de la casa; pero las que no están fijas dice que no se comprenden en los menesteres, porque se cuentan en el menaje, excepto el reloj de metal, que no está fijo,—porque opina que también este se comprende en los menesteres de la casa—, así como la techumbre del zaguán de la casa, si es de lienzo, dice que se comprende en los menesteres de la casa.

§ 24.—Mas las cañerías, las canales y las pilas de la fuente, y si algunas otras cosas son necesarias para los surtidores de aguas, y también las cerraduras y las llaves, son más bien parte de la casa, que menesteres de la casa.

§ 25.—También opino que las vidrieras fijas son más bien parte de la casa; porque también en la compra de una casa se agregan las vidrieras y los aparatos para retratos, ya estén puestos en el edificio, ya separados cierto tiempo; pero si no hubieran sido puestos, y estuvieran para suplir los que faltan, más bien se comprenderán en los menesteres.

§ 26.—Opino que también las celosías se comprenden en los menesteres.

§ 27.—Pero si el fundo no hubiera sido legado con el apero, sino así como está provisto, se preguntó, si se comprenderá más que si hubiese sido legado con el apero. Y escribe Sabino en los libros de Comentarios á Vitelio, que se ha de confesar, que hay más cuando se lega el fundo provisto, que si con el apero; cuya opinión vemos que diariamente se extiende y robustece. Así, pues, se ha de ver en cuánto es más lucrativo este legado; y dice Sabino, y anota Cassio en Vitelio: todo lo que fué colocado para que el padre de familia estuviese más provisto, dice que se comprenderá en el fundo provisto, esto es, lo que tuvo en él para que estuviese más provisto. Luego parece que en este legado no legó el apero del campo, sino sus propios utensilios.

§ 28.—Por consiguiente, si hubiera sido legado el fundo provisto, se comprenderá el menaje que hubo en él para uso del mismo, y los vestidos, no solamente los bordados, sino también los que solía usar allí; también las mesas de marfil, y otras cualesquiera; también los vasos de vidrio, y el oro, y la plata; igualmente se comprenderán los vinos, si allí hubiere algunos para uso del mismo, y cualquier otro utensilio.

§ 29.—Pero si en él había reunido algunas cosas no para su propio uso, sino para custodiarlas, no serán comprendidas; tampoco se agregarán los vi-

(1) putat contineri—instrumento domus, se consideran añadidas por antiguos copistas.

(2) Hal. Vulg.; serrae, el código Fl.

(3) Hal.; sunt, el código Fl.

(4) Desde instrumento potius, del párrafo anterior hasta quoque instrumento, de éste se consideran añadidas por antiguos copistas.

(5) id est—esset, omitelas Hal.

(6) tantum, inserta Hal.

(7) et, inserta Hal.

(8) Taur. según corrección del código Fl., Br.; ipsius, por sui, la escritura original.

hoc iure utimur, ut quae ibi paterfamilias quasi in horreo habuit, haec non contineantur.

§ 30.—Celsus quoque libro nono decimo (1) Digestorum scribit, fructus ibi repositos, ut venirent, vel in alium usum, quam fundi, converterentur, instructo fundo non contineri.

§ 31.—Idem Celsus eodem libro ait, etiam supellectilarios, et ceteros hoc genus servos contineri, id est, ministeria (2), quibus instructus erat in eo fundo, extra ea, quae (3) libertatem acceperunt, et qui rure morari solebant.

§ 32.—Si instructum fundum legasset, ea paedagogia, quae ibi habebat, ut, quum ibi venisset, praesto essent in triclinio, legato continentur.

§ 33.—Contubernales quoque servorum, id est uxores, et natos, instructo fundo contineri verum est.

§ 34.—Instructo autem (4) fundo et bibliothecam, et libros, qui illic erant, ut quoties venisset, uteretur, contineri constat; sed si quasi apotheca librorum utebatur, contra erit dicendum.

§ 35.—Neratius quoque libro quarto Epistolarum Rufino respondit, instructo fundo et supellectilem, et vina, et mancipia non solum ad cultum custodiamve villae, sed etiam quae (5) ipsi patrifamilias in ministerio ibi essent, legato cedere.

§ 36.—Imagines quoque hae solae legatae videntur, quae in aliquo ornatu villae fuerunt.

§ 37.—Papinianus quoque praediis instructis legatis mancipia non contineri, quae temporis causa illic fuerunt, ac non eo animo transtulit paterfamilias, ut aut fundi, aut suum instrumentum faceret.

§ 2.—Idem quaesivit, an fructus eiusdem fundi, qui ibi in diem mortis coacti manserint, fideicommissio cedant, quum plenissima testatoris erga affinem voluntas ab eo quoque manifestetur, quo (6) reliqua colonorum eiusdem possessionis ad eum pertinere voluerit. Respondit, in huiusmodi scriptu-

beón al contrario; porque, ¿qué se hará, dice, si habiendo podido mantener el fundo mil ovejas, hubiere en el fundo dos mil ovejas; qué ovejas estimaremos con más razón que habrán de pertenecer al legado? Y no se ha de investigar cuánto ganado se habría debido destinar para apero del fundo, sino el que se haya destinado; porque no se ha de apreciar según el número ó la muchedumbre legada; y apruebo la opinión de Labeón.

§ 1.—Uno, teniendo en el fundo alfarerías, utilizaba la mayor parte del año en las faenas rústicas el trabajo de los alfareros, y había legado después el apero de este fundo; Labeón y Trebacio decían, que no se consideraba que los alfareros fuesen del apero del fundo.

§ 2.—Asimismo, cuando se hubiese legado todo el apero, excepto el ganado, sin razón opina Ofilio que también se comprenden en el legado los apacentadores y los pastores, y los apriscos.

26. [27.] *EL MISMO; Doctrina de las Obras póstumas de Labeón, libro V.*—Las tinajas de barro, y también las de plomo, en las que se ha echado tierra, y en ellas se han puesto plantas, opinan Labeón y Trebacio, que son de las casas; yo considero esto verdadero de este modo, si de tal manera están adheridas á las casas, que estén allí puestas á perpetuidad.

§ 1.—Dice Ofilio, que las muelas de mano son ciertamente del menaje, pero que las que necesitan jumento son del apero; Labeón, Cascelio y Trebacio opinan, que ni unas ni otras son del menaje, sino más bien del apero; lo que creo verdadero.

27. [28.] *SCAEVOLA; Digesto, libro VI.*—Uno legó á su ayo unos predios marítimos con los esclavos, que en ellos hubiere, y con todos los aperos, y con los frutos que allí hubiere, y con los atrasos de los colonos; se preguntó, si se considerará que fueron legados los esclavos pescadores, que solían estar al servicio del testador, y seguirle á todas partes, y que disfrutaban de raciones urbanas, y que no hubieren sido hallados en los predios legados al tiempo de la muerte del testador. Respondió, que, según lo que se exponía, no fueron legados.

§ 1.—Una le legó así á un afín suyo: «quiero que se le dé á Ticio el fundo Corneliano, tal como está provisto, con todas las cosas, y con los esclavos, y con los atrasos de los colonos»; esta testadora, viniendo de Africa á Roma por causa de un litigio, trajo consigo para despachar más pronto su negocio durante el invierno algunos esclavos del antes mencionado fundo; se preguntó, si pertenecerían estos esclavos al fideicomiso, habiendo sido separados algunos de ellos de sus faenas rústicas durante el tiempo del viaje dejando á sus coesclavas, y á sus hijos, y algunos sus madres y sus padres. Respondió, que, según lo que se exponía, se debían por causa del fideicomiso los esclavos respecto de los que se preguntaba.

§ 2.—El mismo preguntó, si los frutos del mismo fundo, que hubieren quedado en él reunidos hasta el día de la muerte, pertenecerán al fideicomiso, puesto que la plenísima voluntad del testador á favor de su afín se manifestaba también en que había querido que le pertenecieran á este los atrasos

(1) *Taur.*; Agulas, la escritura original; figlinas, *Hal.*

(2) *Según enmienda Br.*; oviliones, el código *Fl.*

(3) *Hal. Vulg.*; expungebantur, el código *Fl.*

(4) *Hal.*; Romae, el código *Fl.*

(5) *Según nuestra enmienda*; elegeret, el código *Fl.*; ad oram legeret, *Hal.*

(6) quod, la *Vulg.*

ra posse responderi, hoc solum quaerendum, an manifeste appareat defuncta (1) id, de quo quaeretur, dari noluisse (2).

§ 3.—Liberto, quem heredem ex parte scripsit (3), fundum per praeceptionem dedit in haec verba: «Pamphile, liberte, praecipito, tibi que habeto fundum meum Titianum et agellum Sempronianum cum instrumento et his, quae in eodem erunt, quum moriar, familiaeque, quae in eo fundo moratur, exceptis, quos manumisero»; quaesitum est, quum testator in eo fundo aliquantum vini in doliis habuerit, quod vivus totum venderat, et partem tertiam pretii pro eo acceperat, an vinum in doliis remanens ad libertum ex causa praeceptionis pertineat. Respondit, verbis, quae proponerentur, contineri, nisi manifeste contrariam voluntatem coheredes approbant. In eo fundo instrumenta calendarii (4), et numos reliquit; responsum est de numis quoque, ut supra responsum.

§ 4.—Ita legatum est: «Septiciae, sorori meae, fundi paterni mei Seiani partem dari volo, sicut est, et alteram partem, ita ut in diem mortis fuerit»; quaesitum est, an ex verbis suprascriptis asseres (5), et prela iam posita parataque, ut immitterentur (6) aedificio, item instrumentum urbanum et rusticum cum mancipiis, quae fundi causa erant, ad legatarios (7) pertineant. Respondit: possunt haec verba: «sicut est», ad instructum referri.

§ 5.—Fundos legavit in haec verba: «Sempronio, fratri meo, hoc amplius fundos meos, ita ut instructi sunt, Cassianum, Nonianum (8), cum suis salictis et silvis»; quaesitum est, quum silvae et salicta non in fundis suprascriptis, sed in adiectis agellis, et quos simul testator comparavit, nec sine his fundi coli possint, an legato cederent. Respondit, id tantum cedere legato, quod verbis comprehendisset.

28. [29.] *IDEM libro XXIII. Digestorum.*—Lucius Titius fundum, uti erat instructus, legaverat; quaesitum est, fundus instructus quemadmodum dari debeat, utrum sicut instructus fuit mortis patrisfamiliae tempore, ut, quae medio tempore agnata aut in fundum illata sunt, heredis sint, an vero instructus fundus eo tempore inspicere debeat, quo factum est testamentum, an vero eo tempore, quo fundus peti coeperit, ut, quidquid eo tempore instrumenti deprehendatur, legatario proficiat. Respondit, ea, quibus instructus sit fundus, secundum verba legati, quae sint in eadem causa, quum dies legati cedat, instrumento contineri.

29. [30.] *Labeo libro I. Περὶ ναυῶν.*—Si navem cum instrumento emisti, praestari tibi debet scapha navis. Paulus: imo contra, etenim scapha na-

de los colonos del mismo fundo. Respondió, que respecto á semejante escritura se podía contestar, que se ha de investigar esto solo, si claramente aparece que la difunta no quiso que se diera aquello por que se preguntaba.

§ 3.—Al liberto, á quien instituyó heredero de una parte, le dió uno por prelegado un fundo en estos términos: «Pánfilo, liberto, toma previamente, y tén para tí mi fundo Ticiano y el campillo Semproniano con los aperos y las cosas que en el mismo hubiere, cuando yo muera, y con los esclavos que en el propio fundo moran, excepto los que yo hubiere manumitidos»; se preguntó, si, habiendo tenido el testador en aquel fundo algún vino en las tinajas, que en su totalidad habia vendido en vida, habiendo recibido por él la tercera parte del precio, le pertenecerá al liberto por causa del prelegado el vino que quedaba en las tinajas. Respondió, que en las palabras que se exponían se comprendía, á no ser que evidentemente probaran los coherederos contraria voluntad. En este fundo dejó los documentos del libro de cuentas, y dinero; se respondió también respecto al dinero como antes se ha respondido.

§ 4.—Se hizo así un legado: «quiero que á Septicia, mi hermana, se le dé una parte de mi fundo paterno Soyano, como está, y la otra parte como estuviere el día de mi muerte»; se preguntó, si en virtud de las mencionadas palabras les pertenecerán á los legatarios las vigas, y las prensas ya puestas y preparadas, para empotrarlas en el edificio, y también el menaje urbano y los aperos rústicos con los esclavos, que habia por causa del fundo. Respondió: estas palabras: «como está», se pueden referir al fundo provisto.

§ 5.—Uno legó fundos en estos términos: «á Sempronio, mi hermano, además de esto mis fundos, Cassiano y Noniano, tales como están provistos, con sus sauzales y selvas»; se preguntó, si, no habiendo selvas y sauzales en los fundos antes mencionados, sino en campillos contiguos, que el testador compró al mismo tiempo, y no pudiéndose cultivar sin ellos los fundos, pertenecerían al legado. Respondió, que solamente pertenecía al legado lo que hubiese comprendido en las palabras.

28. [29.] *EL MISMO; Digesto, libro XXIII.*—Lucio Ticio habia legado un fundo, tal como estaba provisto; se preguntó, cómo se debería dar provisto el fundo, si como estuvo provisto al tiempo de la muerte del padre de familia, de modo que sea del heredero lo que nació ó fué llevado al fundo en el tiempo intermedio, ó si se deberá considerar provisto el fundo al tiempo en que se hizo el testamento, ó al tiempo en que se hubiere comenzado á pedir el fundo, de manera que le aproveche al legatario lo que en este tiempo se halle que es del apero. Respondió, que, según las palabras del legado, se comprenden en el apero aquellas cosas con que esté provisto el fundo, que se hallen en la misma condición, cuando empieza á correr el término del legado.

29. [30.] *Labeón; Dichos, libro I.*—Si compraste la nave con su aparejo, se te debe dar el esquife de la nave. Y dice Paulo: antes por el con-

(1) defunctam, *Hal. Vulg.*

(2) voluisse, *Hal. Vulg.*

(3) *Hal. Vulg.*; rescripsit, *el código Fl.*

(4) *calendaria, Hal. Vulg.*

(5) *Taur.*; aggeres, *el código Fl., Taur.*, en la nota.

(6) *Hal. Vulg.*; immittentur, *el código Fl.*

(7) *legatariam, Hal. Vulg.*

(8) *Taur.* según la escritura original; Nonianum, *corrección del código Fl., Br.*; Nonianum, *Hal.*

vis non est instrumentum navis, etenim mediocritate, non genere ab ea differt; instrumentum autem cuiusque rei necesse est alterius generis esse, atque ea, quaeque (1) sit; quod Pomponio libro septimo Epistolarum placuit.

TIT. VIII

DE PECULIO LEGATO

1. PAULUS libro IV. ad Sabinum.—Servo legato cum peculio, et alienato, vel manumisso, vel mortuo, legatum etiam peculii extinguitur;

2. GAIUS libro XVIII. ad Edictum provinciale.—nam quae accessionum locum obtinent, extinguuntur, quum principales res peremptae fuerint.

3. PAULUS libro IV. ad Sabinum.—At si ancilla cum suis natis legata sit, etiam mortua ea, vel alienata, vel manumissa, nati ad legatarium pertinent, quia duo legata sunt separata.

4. GAIUS libro XVIII. ad Edictum provinciale.—Sed et si cum vicariis suis legatus sit servus, durat vicariorum legatum et mortuo eo, aut alienato, aut manumisso.

5. PAULUS libro IV. ad Sabinum.—Peculio legato, constat, heredem nomina peculiarum persequi posse, et insuper ipsum, si quid debeat servo, reddere legatario debere.

6. ULPIANUS libro XXV. ad Sabinum.—Si peculium legetur, et sit in corporibus, puta fundi vel aedes, si quidem nihil sit, quod servus domino, vel conservis liberisve domini debeat, integra corpora vindicabuntur; sin vero sit, quod domino, vel suprascriptis personis debeatur, deminui singula corpora pro rata debebunt; et ita et Iulianus, et Celsus putant.

§ 1.—Et si fuerit legatum peculium non deducto aere alieno, verendum, ne inutile legatum sit, quia, quod adicitur, contra naturam legati fit; sed puto verum, ad (2) hanc adiectionem non vitare legatum, sed nihil ei adicere; nec enim potest crescere vindicatio peculii per hanc adiectionem. Plane si proponas, legatarium nactum possessionem rerum, exceptione doli adversus heredem vindicantem uti potest; habet enim in solidis rebus voluntatem aeri alieni non deducendi. Sed et si dominus remittere se servo, quod debet, vel nihil sibi servum debere, significaverit, valet haec adiectio, quia nuda voluntate potest dominus servo remittere, quod ei debet.

§ 2.—Vicario autem meo mihi legato, an et vicarii mei peculium ad me pertineat, quaeritur; et putamus, contineri legato vicarii eius peculium, nisi adversa sit voluntas testatoris.

(1) cuius, por quaeque, Hal.

trario, porque el esquite de la nave no es aparejo de la nave, porque difiere de ella por su pequeñez, no por el género; y es necesario que el instrumento de una cosa cualquiera sea de otro género, cualquiera que ella sea; lo que pareció bien a Pomponio en el libro séptimo de las Epístolas.

TÍTULO VIII

DEL LEGADO DEL PECULIO

1. PAULO; *Comentarios a Sabino, libro IV.*—Legado un esclavo con su peculio, y habiendo sido enajenado, ó manumitido, ó habiendo muerto, se extingue también el legado del peculio;

2. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVIII.*—porque las cosas que tienen la condición de accesorias se extinguen cuando hayan perecido las cosas principales.

3. PAULO; *Comentarios a Sabino, libro IV.*—Mas si hubiera sido legada una esclava con sus hijos, aun fallecida ella, ó enajenada, ó manumitada, le pertenecerán los hijos al legatario, porque hay dos legados separados.

4. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVIII.*—Pero también si hubiera sido legado un esclavo con sus vicarios, subsiste el legado de las vicarios aun habiendo muerto aquel, ó habiendo sido enajenado ó manumitido.

5. PAULO; *Comentarios a Sabino, libro IV.*—Legado el peculio, es constante que el heredero puede perseguir los créditos del peculio, y que además él, si algo le debiera al esclavo, debe dárselo al legatario.

6. ULPIANO; *Comentarios a Sabino, libro XXV.*—Si se legara el peculio, y consistiera en cosas corporales, por ejemplo, en fundos ó en casas, si verdaderamente no hubiera nada que el esclavo deba á su señor, ó á sus coesclavos, ó á los hijos de su señor, se reivindicarán integras las cosas corporales; pero si hubiera algo que se deba al señor ó á las susodichas personas, se deberán disminuir á prorrata cada una de las cosas corporales; y así opinan también Juliano y Celso.

§ 1.—Y si se hubiere legado el peculio sin haberse deducido las deudas, es de temer que no sea inútil el legado, porque lo que se añade se hace contra la naturaleza del legado; mas creo verdadero que esta adición no vicia el legado, pero que no le añade nada; porque no puede crecer con esta adición la reivindicación del peculio. Pero si expusieras que el legatario obtuvo la posesión de las cosas, puede utilizar la excepción de dolo contra el heredero que las reivindique; porque tiene respecto á todas las cosas la voluntad de que no se deduzcan las deudas. Mas también si el señor hubiere significado que él le condonaba al esclavo lo que debe, ó que nada le debía el esclavo, es válida esta adición, porque el señor puede con su nuda voluntad condonarle al esclavo lo que le debe.

§ 2.—Mas habiéndoseme legado mi vicario, se pregunta si me pertenecerá también el peculio de mi vicario; y opinamos, que se contiene en el legado el peculio de su vicario, si no fuera contraria la voluntad del testador.

(2) sed putaverim, hanc, Hal.

§ 3.—Si servus et vicarius eius liberi esse iussi sint, iisque peculia sua legata sint, verba secundum voluntatem testatoris exaudienda, tanquam de duobus separatisque peculii testatore locuto; et secundum haec vicarius vicarii non communicabitur, nisi haec mens fuit testantis.

§ 4.—Sicut autem aes alienum, hoc est, quod debetur domino, minuit legatum peculium, ita per contrarium id, quod dominus debet servo, augere debet. Sed huic sententiae adversatur Rescriptum Imperatoris nostri et patris eius, quod ita est: «Quum peculium servo legatur, non etiam id conceditur, ut petitionem habeat pecuniae, quam se in rationem domini impendisse dicit». Quid tamen, si haec voluntas fuit testatoris, cur non possit consequi? Certe compensari debet hoc, quod impendit, cum eo, quod domino debetur. An et quod dominus scripsisset, se servo debere, peculio legato cederet? Pegasus negat, idem Nerva, et quum Cneius Domitius filiae suae peculium, quod eius esset, legasset, et annum, quod ei solitus erat dare, biennio non dedisset, sed in rationibus suis retulisset, filiae se debere quinquaginta, Atilicinus existimavit, legato non cedere; quod verum est, quia consonat Rescripto.

§ 5.—Non solum autem quod domino debetur, peculio legato deducitur, sed et si quid heredi debitum fuit.

7. POMPONIUS libro VII. ad Sabinum. — Si quis creditori suo arrogandum se dederit, et agetur de peculio cum arrogatore, idem putato dicendum, quod de herede dicitur.

8. ULPIANUS libro XXV. ad Sabinum. — Denique Pegasus respondit, si statulibero, cui peculium legatum sit, heres interim crediderit, id ipso iure detrahi, et corpora singula etiam per hoc aes alienum deminui.

§ 1.—Proinde si pure libertatem accipiet (1), et heres vel vivo domino, vel ante aditam hereditatem servo crediderit, legatum peculii minuetur secundum Iuliani sententiam, licet dominus servi nunquam fuerit.

§ 2.—Qui Stichum et Pamphilum servos habebat, testamento eos manumisit, et unicuique peculium suum legavit; placet, quod (2) alteri debet, de peculio eius decedere, et alterius accedere legato.

§ 3.—Item quaeritur, si servo libertas data sit, si decem dedisset heredi, peculiumque ei legatum sit, an decem, quae dedisset heredi, debeant de peculio decedere. Et est verum, quod Sabino placuit, hoc minus esse in peculio legato.

§ 4.—Plus ait Sabinus, si statuliber servum heredi vendiderit, perinde desinere eum in peculio esse, atque si extraneo vendidisset.

§ 5.—His consequenter quaeritur, si servus cum

§ 3.—Si se hubiera dispuesto que sean librés el esclavo y su vicario, y se les hubieran legado sus peculios, se han de entender las palabras según la voluntad del testador, como si el testador hubiere hablado de dos peculios separados; y según esto, no se hará común el vicario del vicario, si esta no fué la intención del testador.

§ 4.—Mas así como las deudas, esto es, lo que se debe al señor, disminuyen el peculio legado, así por el contrario debe aumentarlo lo que el señor le debe al esclavo. Pero á esta opinión se opone el Rescripto de nuestro Emperador y de su padre, que dice así: «Cuando se lega al esclavo el peculio, no se concede también esto, que tenga la reclamación del dinero que dice que él gastó por cuenta de su señor». Pero, ¿qué se dirá, si esta fué la voluntad del testador? ¿Porqué no lo podría conseguir? Ciertamente que se debe compensar lo que gastó con lo que se le debe al señor. ¿Y cedería al peculio legado lo que el señor hubiese escrito que él le debía á su esclavo? Pegaso dice que no, y lo mismo Nerva, y habiendo legado Cneyo Domicio á su hija el peculio, que era de ésta, y no habiéndole dado en dos años la anualidad, que había solido darle, pero habiendo consignado en sus cuentas que él le debía cincuenta á su hija, opinó Atilicino, que no se agregaban al legado; lo que es verdad, porque concuerda con el Rescripto.

§ 5.—Mas no solamente se deduce del peculio legado lo que se le debe al señor, sino también lo que se le deba al heredero.

7. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro VII.* — Si alguno se hubiere dado en arrogación á su acreedor, y se ejercitase la acción de peculio contra el arrogador, opino que se ha de decir lo mismo que se dice respecto al heredero.

8. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXV.* — Últimamente respondió Pegaso, que si al manumitido bajo condición en testamento, á quien se le hubiera legado el peculio, le hubiere prestado mientras tanto el heredero alguna cosa, se deduce esta de derecho, y se disminuyen también por esta deuda cada una de las cosas corporales.

§ 1.—Por lo tanto, si recibiere la libertad puramente, y el heredero le hubiere prestado al esclavo, ó viviendo el señor, ó antes de adida la herencia, se disminuirá el legado del peculio según la opinión de Juliano, aunque nunca haya sido señor del esclavo.

§ 2.—Uno que tenía los esclavos Stico y Pánfilo, los manumitió en su testamento, y le legó á cada uno su propio peculio; está determinado, que lo que uno le debe al otro se deduce de su peculio, y se agrega al legado del otro.

§ 3.—También se pregunta, si, habiéndosele dado á un esclavo la libertad si hubiese dado diez al heredero, y habiéndosele legado el peculio, se deberán deducir del peculio los diez que le hubiese dado al heredero. Y es verdad, lo que le pareció bien á Sabino, que esto hay de menos en el peculio legado.

§ 4.—Sabino dice además, que si el manumitido en testamento bajo condición le hubiere vendido al heredero un esclavo, este deja de pertenecer al peculio lo mismo que si lo hubiese vendido á un extraño.

§ 5.—Consiguientemente á esto se pregunta, si,

(1) acceperit, *Hal, Vulg.*

(2) alter, *inserta la Vulg.*

domino de libertate pactus fuerit, et partem pecuniae dederit, et antequam residuum dederit, dominus decesserit, liberumque esse testamentum iusserit cum peculio legato, an quod domino dederit, in peculio sit imputandum. Et ait Labeo, de peculio decedere; plane si nondum dederat, sed, donec totum traderet, pro deposito apud eum fuerit, id in peculio esse placuit.

§ 6.—Item si servo peculium sit legatum, et a debitore eius peculiari heres vetitus sit petere, verum est, hoc minus esse in legato peculio, hoc est, detrahendum id, quod debitori legatum est.

§ 7.—Interdum et si non sit legatum peculium, velut legatum sic accipitur, id est in huiusmodi specie: quidam servo libertatem, si rationes reddidisset, dederat, et si heredibus centum intulisset. Imperator igitur noster cum patre rescripsit, peculium quidem non nisi legatum deberi, verum, inquit (1), si conditionibus praescriptis paruit servus, testatorem voluisse, eum retinere peculium, interpretamur, videlicet ex eo, quod ex peculio eum iusserat centum inferre.

§ 8.—Utrum autem id demum peculium accipimus, quod mortis tempore fuit, an vero et quod postea accessit, applicamus, vel quod decessit, detrahimus? Et Iulianus alias accipiendum legatum peculii ait, si ipsi servo legetur, alias, si alii; nam si ipsi, id tempus in legato spectandum, quo dies legati cedit, si vero extraneo, mortis tempus, sic tamen, ut incrementa ex rebus pecularibus ad eum perveniant, ut puta partus ancillarum, vel foetus pecorum; quod autem ex operis suis vel ex alia re accedit, id, si alii, quam ipsi legetur peculium, non debetur. Hoc utrumque Iulianus secundum voluntatem testatoris scribit; quum enim ipsi suum peculium legatur, verisimile est, eum omne augmentum ad ipsum pertinere voluisse, cui patrimonium manumisso futurum est, quum alii, non sic, tamen ut, (2) si in alterius persona hoc eum sensisse appareat, idem dicas.

9. PAULUS libro IV. ad Sabinum. — Id, quod servo, qui in ipsius peculio est, debetur, non deducitur ex legato peculio, quamvis conservus eius sit.

§ 1.—Si conservum suum vulneraverit servus, et viliozem fecerit, Marcellus, non esse dubitandum, deduci ex peculio, quod domini (3) interesset; nam quid interest, conservum vulneret, an scindat aliquid, vel frangat, an surripiat? Quo casu sine dubio minuitur peculium, sed non ultra simplum.

§ 2.—Sed si se vulneravit, vel etiam occidit, nihil est deducendum hoc nomine; alioquin dicemus, et si fugerit, deducendum id, quanto vilior sit factus propter fugam.

(1) inquit, Hal.

(2) Taur. según la escritura original; et, inserta la corrección del código Fl., Br.

habiendo pactado el esclavo con su señor sobre su libertad, y habiéndole dado parte del dinero, antes que le hubiere dado el resto hubiere fallecido el señor, y hubiere dispuesto en su testamento que fuese libre con el peculio legado, se habrá de contar en el peculio lo que le hubiere dado al señor. Y dice Labeón, que se deduce del peculio; mas que si todavía no había pagado, pero estuviere en poder de él en calidad de depósito, hasta que le diese la totalidad, se determinó que esto estuviere en el peculio.

§ 6.—Asimismo, si á un esclavo se le hubiera legado el peculio, y al heredero se le hubiera vedado que reclamara á un deudor suyo del peculio, es verdad que hay de menos esto en el peculio legado, esto es, que se ha de deducir lo que se legó al deudor.

§ 7.—A veces, aunque no se haya legado el peculio, se considera como si se hubiera legado, esto es, en el siguiente caso: uno le había dado á su esclavo la libertad, si hubiese rendido cuentas, y dado ciento á los herederos. En su consecuencia respondió por rescripto nuestro Emperador juntamente con su padre, que no se debe ciertamente el peculio sino cuando fué legado, pero, dice, si el esclavo cumplió las condiciones prefijadas, interpretamos que el testador quiso que él retuviese el peculio, á saber, por esto, porque había mandado que del peculio él diese ciento.

§ 8.—Mas entendemos por peculio solamente lo que hubo al tiempo de la muerte, ó acaso también le aplicamos lo que se agregó después, ó deducimos lo que faltó? Y Juliano dice, que de una manera se ha de entender el legado del peculio, si se le legara al mismo esclavo, y de otra, si á otro; porque si á él mismo, se ha de considerar en el legado el tiempo en que comienza á correr el término del legado, mas si á un extraño, el tiempo de la muerte, pero de modo, que vayan á él los aumentos provenientes de las cosas del peculio, como, por ejemplo, los partos de las esclavas, ó los fetos de los ganados; pero lo que se aumenta por su propio trabajo, ó por otra cosa, esto no se deberá, si el peculio fuese legado á otro que á él mismo. Estas dos cosas escribe Juliano según la voluntad del testador; porque cuando á él mismo se le lega su propio peculio, es verosímil que él quiso que le perteneciera todo aumento á aquel de quien, manumitado, ha de ser el patrimonio; y cuando á otro, no es así, pero que, no obstante, si apareciera que él entendió esto respecto á la persona de otro, dirás lo mismo.

9. PAULO; Comentarios á Sabino, libro IV.— Lo que se le debe al esclavo, que está en el peculio del mismo, no se deduce del peculio legado, aunque sea su coesclavo.

§ 1.—Si un esclavo hubiere herido á su coesclavo, y lo hiciere de menor precio, dice Marcelo, que no se ha de dudar que se deduce del peculio lo que le importa al señor; porque qué diferencia hay entre que hiera á su coesclavo, ó rasgue, ó rompa, ó sustraiga alguna cosa? En cuyo caso sin duda se disminuye el peculio, pero no en más de su simple importe.

§ 2.—Pero si él se hirió, ó aun si se mató, nada se ha de deducir por tal concepto; en otro caso diremos, que también si hubiere huido se habrá de deducir aquello en que se hubiera hecho de menor precio por su fuga.

(3) Hal. Vulg.; domino, el código Fl.

10. POMPONIUS *libro VII. ad Sabinum.* — Si peculium servo vel filio praelegare velis, ne deducatur id, quod tibi debetur, specialiter ea, quae in peculio erunt, leganda sunt.

11. ULPIANUS *libro XXIX. ad Edictum.* — Ei quoque, qui nihil in peculio habet, potest peculium legari; non enim tantum praesens, sed etiam futurum peculium legari potest.

12. IULIANUS *libro XXXVII. Digestorum.* — Tunc inutile legatum peculii fit, quum servus vivo testatore decedit; ceterum si mortis tempore servus viverit, peculium legato cedit;

13. CELSUS *libro XIX. Digestorum.* — aliter atque si servus vestitus legatus foret.

14. ALFENUS VARUS *libro V. Digestorum.* — Quidam in testamento ita scripserat: «Pamphilus, servus meus, peculium suum, quum moriar, sibi habeto, liberque esto»; consultabatur, rectene Pamphilus peculium legatum videretur, quod, priusquam liber esset, peculium sibi habere iussus esset. Respondit, in coniunctionibus ordinem nullum esse, neque quidquam interesse, utrum eorum primum diceretur, aut scriberetur; quare recte peculium legatum videri, ac si prius liber esse, deinde peculium sibi habere iussus esset (1).

15. IDEM *libro II. Digestorum a Paulo epitomatorum.* — Servo manumisso peculium legatum erat, alio capite omnes ancillas suas uxori legaverat, in peculio servi ancilla fuit; servi eam esse respondit, neque referre, utri prius legatum esset.

16. AFRICANUS *libro V. Quaestionum.* — Stichus habet in peculio Pamphilum, hunc dominus noxali iudicio defendit, et damnatus litis aestimationem solvit; deinde Stichum testamento manumisit, eique peculium legavit; quaesitum est, an, quod Pamphilus nomine praestitum sit, ex peculio vel ipsius Pamphili, vel Stichi deducendum sit. Respondit, Pamphili quidem (2) de peculio utique deducendum, quantacunque ea summa esset, id (3) est, etiam si eum noxae dedere expediisset; quidquid enim pro capite servi praestitum sit, in eo debitorem eum domini constitui; quodsi Pamphilus peculium non sufficiat, tunc ex peculio Stichi non ultra pretium Pamphili deduci debere.

§ 1.—Quaesitum est, si ex alia qua causa Pamphilus pecuniam domino debuisset, nec ea ex peculio eius servari posset, an usque ad pretium eius ex peculio Stichi possit deducere. Negavit, neque enim simile id superiori esse; ibi enim propterea pretium vicarii deducendum, quod eo nomine ipse Stichus ob defensionem vicarii sui domino debitor constituatur, at in proposito, quia Stichus nihil debet, ex eius peculio nihil esse deducendum, sed

10. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro VII.* — Si quisieras prelegar á un esclavo ó á un hijo el peculio, para que no se deduzca lo que se te debe, se han de legar especialmente las cosas que hubiere en el peculio.

11. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.* — Se puede legar el peculio también al que nada tiene en el peculio; porque se puede legar no solamente el peculio presente, sino también el futuro.

12. JULIANO; *Digesto, libro XXXVII.* — Se hace inútil el legado del peculio siempre y cuando fallece el esclavo viviendo el testador; pero si el esclavo hubiere vivido al tiempo de la muerte, el peculio pertenecerá al legado;

13. CELSO; *Digesto, libro XIX.* — y habrá de ser de otro modo si el esclavo hubiese sido legado vestido.

14. ALFENO VARO; *Digesto, libro V.* — Uno había escrito así en su testamento: «tenga para sí, Pánfilo, mi esclavo, su peculio, cuando yo muera, y sea libre»; se consultaba, si se consideraría legado válidamente á Pánfilo el peculio, puesto que antes que fuese libre se mandó que tuviera para sí el peculio. Respondió, que no hay ningún orden para las conjunciones, y que nada importaba que se diga ó se escriba primero una de estas cosas; por lo cual, se consideraba legado válidamente el legado, lo mismo que si se le hubiese mandado primeramente que fuese libre, y después que tuviera para sí el peculio.

15. EL MISMO; *Digesto compendiado por Paulo, libro II.* — Se le había legado el peculio á un esclavo manumitido, y en otro capítulo había legado el testador todas las esclavas á su mujer, y en el peculio del esclavo había una esclava; respondió, que ésta era del esclavo, y que no importaba que á uno ó á otra se le hubiese hecho primero el legado.

16. AFRICANO; *Cuestiones, libro V.* — Stico tiene en su peculio á Pánfilo, el señor defiende á este en juicio noxal, y habiendo sido condenado paga la estimación del litigio; después manumitió á Stico en su testamento, y le legó el peculio; se preguntó, si se habrá de deducir del peculio del mismo Pánfilo, ó del de Stico, lo que se haya pagado en nombre de Pánfilo. Respondió, que se ha de deducir ciertamente del peculio de Pánfilo, cualquiera que fuese aquella suma, esto es, también si hubiese convenido entregarlo por la noxa; porque él se constituye deudor del señor por cuanto se haya pagado por razón del esclavo; pero si no bastara el peculio de Pánfilo, entonces no se debe deducir del peculio de Stico más del precio de Pánfilo.

§ 1.—Se preguntó, si, debiendo Pánfilo por otra cualquier causa dinero á su señor; y no se pudiera recobrar aquel de su peculio, se podría deducir hasta su precio del peculio de Stico. Dijo que no, porque este caso no es semejante al anterior; pues en aquel se ha de deducir el precio del vicario, por esto, porque por tal título se constituye el mismo Stico deudor del señor por la defensa de su vicario, pero en el propuesto, como Stico no debe nada,

(1) *Hal. Vulg.*; est, et *códice Fl.*
(2) vel Stichi, *inserta la Vulg.*

3) *idem, la Vulg.*

ex Pamphili duntaxat, qui certe ipse in suo peculio esse intelligi non potest.

17. IAVOLENUS libro II. ex Cassio.—Qui peculium servi legaverat, iudicium eo nomine accepit, deinde decesserat; placuit, non aliter peculium ex causa legati praestari, quam si de accepto iudicio heredi caveretur.

18. MARCIANUS (1) libro VI. Institutionum.—Si servo manumisso peculium legatum fuerit, in eum sine dubio creditoribus peculiariis actiones non competunt; sed non alias heres peculium praestare debet, nisi ei caveatur, defensum iri adversus creditores peculiarios.

19. PAPINIANUS libro VII. Responsorum.—Quum dominus servum vellet manumittere, professionem edi sibi peculii iussit, atque ita servus libertatem accepit; res peculii professioni subtractas non videri manumisso tacite concessas, apparuit.

§ 1.—Testamento data libertate peculium legaverat, eundemque postea manumiserat; libertus, ut et nominum peculii actiones ei praestarentur, ex testamento consequetur.

§ 2.—Filiusfamilias, cui pater peculium legavit, servum peculii vivo patre manumisit; servus communis omnium heredum est exemptus peculio propter filii destinationem, quia id peculium ad legatarium pertinet, quod in ea causa moriente patre inveniatur.

20. MARCIANUS libro VII. Institutionum.—nihiloque interest, ante legatus, deinde inutiliter manumissus sit, an contra.

21. SCAEVOLA libro VIII. Quaestionum.—Si Stichus manumisso peculium legatum sit, et Titio servus peculiaris, quantum peculio detractum erit ob id, quod domino debetur, tantum ei accedere, cui vicarius legatus est, Iulianus ait.

22. LABEO (2) libro II. Posteriorum a Iavoleno epitomatorum.—Dominus servum testamento manumiserat, et ei peculium legaverat; is servus mille numos domino debuerat, et eos heredi solvit; respondi, omnes eas res deberi orcinio, si pecuniam orcinus, quam debuerat, solvisset.

§ 1.—Dominus servum, qui cum eo vicarium communem habebat, testamento manumiserat, et peculium ei legaverat; deinde ipsum vicarium, qui communis erat, nominatim et ipsi, et libertae suae legaverat; respondi, partem quartam libertae, reliquam partem quartam liberti futuram; quod et Trebatius.

23. SCAEVOLA libro XV. Digestorum.—Dominus Stichus, servo suo, qui bona liberti eius gessit,

nada se ha de deducir de su peculio, sino solamente del de Pánfilo, quien ciertamente no puede ser considerado como estando él mismo en su propio peculio.

17. IAVOLENO; Doctrina de Cassio, libro II.—Uno que había legado el peculio de un esclavo, había aceptado con tal motivo un juicio, y había fallecido después; se determinó, que por causa del legado no se ha de entregar de otro modo el peculio, sino si al heredero se le diese caución por el juicio aceptado.

18. MARCIANO; Instituta, libro VI.—Si al esclavo manumitido se le hubiere legado el peculio, sin duda no les competen á los acreedores del peculio acciones contra él; pero el heredero no debe entregar el peculio de otro modo, sino si se le diese caución de que habrá de ser defendido contra los acreedores.

19. PAPINIANO; Respuestas, libro VII.—Queriendo el señor manumitir á un esclavo, mandó que á él se le diese declaración del peculio, y así recibió el esclavo la libertad; pareció que no se consideraban concedidas tácitamente al manumitido las cosas sustraídas en la declaración del peculio.

§ 1.—Uno, habiendo dado por testamento la libertad, había legado el peculio, y había manumitido después al mismo esclavo; el liberto conseguirá en virtud del testamento que se le cedan también las acciones de los créditos del peculio.

§ 2.—Un hijo de familia, á quien el padre legó el peculio, manumitió un esclavo del peculio viviendo su padre; es común de todos los herederos el esclavo sacado del peculio por la disposición del hijo, porque pertenece al legatario el peculio que á la muerte del padre se halle en tal condición,

20. MARCIANO; Instituta, libro VII.—y nada importa, que, legado antes, haya sido inútilmente manumitido después, ó al contrario.

21. SCÉVOLA; Cuestiones, libro VIII.—Si á Stico, manumitido, se le hubiera legado el peculio, y á Ticio un esclavo del peculio, dice Juliano, que tanto cuanto se hubiere deducido del peculio por lo que se debe al señor, se le agrega á aquel á quien fué legado el virario.

22. LABEÓN; Obras póstumas compendiadas por Iavoleno, libro II.—El señor había manumitido por testamento á un esclavo, y le había legado el peculio; este esclavo le había debido mil monedas á su señor, y se las pagó al heredero; respondi, que todas estas cosas se le debían al orcinio, si el orcinio hubiese pagado el dinero que había debido.

§ 1.—El señor había manumitido por testamento á un esclavo, que junto con él tenía un vicario común, y le había legado el peculio; después le había legado expresamente al mismo y á su liberta e mismo vicario, que era común; respondi, que una cuarta parte habrá de ser de la liberta, y del liberto la otra cuarta parte; lo que también respondió Trebacio.

23. SCÉVOLA; Digesto, libro XV.—El señor había dado en su testamento la libertad á Stico, su

(1) Marcellus, Hal.

(2) Iavolenus, Hal. Vulg.

cui pro parte dimidia testamento heres extiterat, in quibus negotiis gestis et kalendaria fuerunt, testamento suo libertatem dederat, si rationem reddidisset, eique peculium suum per fideicommissum dedit; Stichus summas, quibus reliquatus erat tam ex kalendario, quam ex variis (1) causis, reddidit, manentibus debitoribus, pro quibus ipse pecuniam heredibus patroni refuderat, libertatemque adeptus decessit; quaesitum est, an heredibus Stichi adversus nomina debitorum (2), pro quibus Stichus pecuniam heredibus patroni intulit, heredes patroni ex causa fideicommissi compellendi sint actiones praestare, quum nihil aliud a Sticho patrono debitum fuerit. Respondit, praestandum.

§ 1.—Testamento codicillisve servos manumisit, et peculia (3) legavit, et de Sticho ita cavuit: «Stichum, servum meum, liberum esse volo, eique volo dari decem aureos, et quidquid ex ratione loculorum meorum habet; rationes autem heredibus meis dari volo; his omnibus, quos hoc testamento manumisi, peculia sua concedi volo»; quaesitum est, an, quod amplius rationi loculorum in diem mortis erogavit Stichus ex peculio suo, ab heredibus recipere debeat, quum ex consuetudine domus esset, ut, quidquid amplius ex suo in ratione loculorum erogasset, dominica ratio ei deberet, atque exsolveret. Respondit, secundum ea, quae propter consuetudinem proponerentur, id quoque peculio legato contineri, quod et dominica ratio deberet, et solita erat reddere.

§ 2.—Servis libertates legataque dederat, et conditionem ita scripserat: «Ὅσους κατέλιπον ἐλευθέρους καὶ τὰ (4) ληγὰτα αὐτοῖς, τοὺτους βούλομαι εἶναι ἀνεξέταστους» [Quotquot reliqui liberos atque iis legata, eos ipsos inexcussos volo;] (5) quaesitum est, an peculia quoque legata his videbuntur? Respondit, secundum ea, quae proponerentur non videri legata.

§ 3.—Item quaesitum est, an ex iisdem verbis reliqua rationum quasi legata retinere possint aut, si res dominicas apud se habuerint, aut si qui eorum coloni praediorum fuerunt, pensiones. Respondit, supra responsum.

24. ULPIANUS libro XLIII. ad Sabinum.—Si legatus fuerit servus, peculium excipere non est necesse, quia non sequitur, nisi legetur.

25. CELSUS libro XIX. Digestorum.—Si servus liber esse iussus sit, eique peculium legatum sit, vicariorum eius vicarii legato continentur.

26. SCAEVOLA libro III. Responsorum.—«Titi filii, e medio praecipito (6), sumito, tibi que habeto domum illam, item aureos centum»; alio deinde capite peculia filiis praelegavit; quaesitum est, an peculio praelegato (7), et centum aurei, et usurae eorum debentur, — quum rationibus brevioriis in

esclavo, que administró los bienes de un liberto suyo, de quien por testamento habia quedado heredero de la mitad, en cuyos negocios administrados habia habido libros de cuentas, si hubiese rendido cuentas, y le dió por fideicomiso su propio peculio; Stico entregó las sumas, en que se habia atrasado, tanto por virtud del libro de cuentas como por otras causas, quedando deudores por los cuales él mismo habia pagado el dinero á los herederos del patrono, y habiendo alcanzado la libertad falleció; se preguntó, si por causa del fideicomiso habrán de ser compelidos los herederos del patrono á cederles á los herederos de Stico las acciones contra los créditos de los deudores, por los cuales pagó Stico á los herederos del patrono el dinero, toda vez que ninguna otra cosa se le haya debido al patrono por Stico. Respondió, que se habrán de ceder.

§ 1.—Uno manumitió á unos esclavos por testamento ó codicilos, y legó los peculios, y respecto de Stico dispuso así: «quiero que Stico, mi esclavo, sea libre, y quiero que se le den diez áureos y lo que tiene por razón de mi bolsillo particular; pero quiero que se les den cuentas á mis herederos; y quiero que á todos estos á quienes manumitió en este testamento se les concedan sus peculios»; se preguntó, si deberá recibir de los herederos lo que además de la cuenta del bolsillo particular gastó Stico de su propio peculio hasta el día de la muerte, habiendo sido costumbre de la casa que todo lo que de más hubiese gastado de lo suyo, por cuenta del bolsillo particular, se lo debiese á él y se lo pague la cuenta del señor. Respondió, que, según lo que se exponía por razón de la costumbre, se comprendía en el peculio legado también lo que debiera, y habia acostumbrado á pagar, la cuenta del señor.

§ 2.—Uno habia dado á sus esclavos la libertad y legados, y habia escrito así la condición: «quiero que los mismos á quienes dejé libres y les di legados, queden sin rendir cuentas»; se preguntó, ¿se les considerarán legados también los peculios? Respondió, que, según lo que se exponía, no se consideran legados.

§ 3.—También se preguntó, si en virtud de las mismas palabras podrían retener los atrasos de las cuentas, como si les hubieran sido legados, ó las pensiones, si hubieren tenido en su poder bienes del señor, ó si algunos de ellos hubieren sido colonos de los predios. Respondió, que arriba se habia respondido.

24. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XLIII.*—Si hubiere sido legado un esclavo, no hay necesidad de exceptuar el peculio, porque no le sigue, si no se legara.

25. CELSO; *Digesto, libro XIX.*—Si se hubiera mandado que un esclavo fuera libre, y se le hubiera legado el peculio, se contienen en el legado los vicarios de los vicarios de él.

26. SCÉVOLA; *Respuestas, libro III.*—«Hijo Ticio, retira de la masa, toma, y ten para tí aquella casa, y también cien áureos»; después, en otro capítulo, prelegó á los hijos los peculios; se preguntó, ¿prelegado el peculio, se deben los cien áureos, y sus intereses,—habiendo comprendido en los resu-

(1) vicariis, la *Vulg.*

(2) adversus omnes debitores, la *Vulg.*

(3) pecuniam, *Hal.*

(4) τὰ, omitela *Hal.*

(5) La versión *vulgar.*

(6) percipito, *Hal.*

(7) peculium praelegatum, la *Vulg.*

aere alieno et sortem, et usuras inter ceteros creditores complexus sit—? Respondit, si id foenus nomine filii exercuisset, et usuras, ita ut proponeretur, filio adscripsisset, id quoque peculio legato deberi.

TIT. IX

DE PENU LEGATA

1. **ULPIANUS libro XXIV. ad Sabinum.**—Uxori suae in annos singulos penoris aliquid heres dare iussus est, si non dedisset, numos dare damnatus est; quaeritur, an penus legata peti possit, an vero solummodo sit in praestatione, et, si non praestetur, tunc quantitas petatur. Et si quidem semel penus sit legata, non per singulos annos, certo iure utimur, ut et Marcellus libro trigésimo nono (1) Digestorum apud Iulianum notat, in praestatione esse duntaxat penum, quantitatem vero et peti posse; habebit igitur heres oblationem tamdiu, quamdiu lis cum eo de pecunia contestetur, nisi forte aliud tempus vel mente, vel verbis testator praestituit. Quodsi in annos singulos penus legata sit, per singulos annos penus adhuc poterit praestari; si minus, summae per singulos annos petentur. Quid ergo, si una summa legata sit, et primo penus non sit praestita? Utrum tota summa debeatur, quasi toto penoris legato transfuso, an vero quantitas primi anni aestimationis sola sit translata, dubitari potest. Puto tamen, sic voluntatem sequendam testatoris, ut tota summa illico, postquam cessaverat heres dare penum uxori, praestetur, heredis indevotione coercenda.

2. **MARCIANUS libro III. Regularum.**—Penu certa cum vasis certis legata et consumpta, ne vasa quidem cedunt legato, exemplo peculii.

3. **ULPIANUS libro XXII. ad Sabinum.**—Qui penum legat, quid legato complectatur, videamus. Et Quintus Mucius scribit libro secundo Iuris civilis, penu legata contineri, quae esui potuique sunt; idem Sabinus libris (2) ad Vitellium scribit, quae horum (3), inquit, patrisfamiliae, uxoris, liberorumve eius, vel familiae, quae circa eos esse solet, item iumentorum, quae dominici usus causa parata sunt.

§ 1.—Sed Aristo notat, etiam quae esui potuique non sunt, contineri legato, utputa ea, in quibus esse solemus, oleum forte, garum, muriam (4), mel, ceteraque his similia.

§ 2.—Plane, inquit, si penus esculenta legetur, Labeo libro nono Posteriorum scribit, nihil eorum cedere, quia non haec esse, sed per ea solemus.

(1) trigésimo octavo, Hal.

(2) libro XX, Digestorum ad Vitellium, la Vulg.

menes de sus cuentas el capital entre las deudas, y los intereses entre los demás acreedores—? Respondió, que si á nombre de su hijo hubiese hecho este préstamo á interés, y le hubiese adscrito al hijo, así como se exponía, los intereses, se debe también esto en el peculio legado.

TÍTULO IX

DEL LEGADO DE LAS PROVISIONES

1. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIV.**—Se le mandó al heredero que le diera á la mujer algunas provisiones para cada año, y fué condenado á dar cierta cantidad, si no las hubiese dado; se pregunta, si se podrán pedir las provisiones legadas, ó si solamente estarán para la prestación, y, si no fueran prestadas, se pedirá entonces la cantidad. Y si verdaderamente las provisiones hubieran sido legadas por una sola vez, no para cada año, usamos del derecho cierto, como nota también Marcelo en Juliano en el libro trigésimo noveno del Digesto, que las provisiones figuran solamente para la prestación, pero que la cantidad también puede ser pedida; tendrá, pues, el heredero derecho para la oferta hasta tanto que se conteste con él la demanda por el dinero, á no ser acaso que el testador haya prefijado otro tiempo, ó con la intención ó con las palabras. Pero si las provisiones hubieran sido legadas para cada año, todavía se podrán entregar las provisiones cada año; y si no, se pedirán las sumas cada año. Luego, ¿qué se dirá si se hubiera legado una sola suma, y primeramente no se hubieran entregado las provisiones? Se puede dudar, si se deberá toda la suma, cual si se hubiera transferido todo el legado de las provisiones, ó si se transfirió sola la cantidad de la estimación del primer año. Pero creo que se ha de seguir la voluntad del testador, de modo que se entregue toda la suma inmediatamente, después que el heredero hubiera dejado de dar las provisiones á la mujer, debiendo ser castigada la desobediencia del heredero.

2. **MARCIANO; Reglas, libro III.**—Legadas ciertas provisiones con determinados vasos, y consumidas, ciertamente que ni los vasos pertenecen al legado, á semejanza que en el peculio.

3. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXII.**—Veamos qué comprenda en el legado el que lega las provisiones. Y escribe Quinto Mucio en el libro segundo del Derecho civil, que en las provisiones legadas se comprenden las cosas que sirven para la comida y la bebida; lo mismo escribe Sabino en sus libros de comentarios á Vitelio, aquellas cosas de estas, dice, que fueron destinadas para uso del padre de familia, de la mujer, ó de sus hijos, ó de la servidumbre que suele estar cerca de ellos, y aun de las caballerías de uso del señor.

§ 1.—Pero observa Aristón, que también se comprenden en el legado las cosas que no sirven para la comida y la bebida, por ejemplo, aquellas con que solemos comer, como el aceite, la salsa de pescado, la salmuera, la miel, y otras cosas semejantes á estas.

§ 2.—Ciertamente, dice, si se legaran las provisiones de comer, escribe Labeón en el libro noveno de los Posteriores, que no se agregan ningunas

(3) Hal.; harum, el código Fl.

(4) Hal.; muria, el código Fl.

Trebatius in melle contra scribit; merito, quia mel esse solemus. Sed Proculus omnia haec contineri recte scribit, nisi contraria mens testatoris appareat.

§ 3.—Esculentia utrum ea, quae esse, an et ea, per quae esse solemus, legaverit? Et ea quoque legato contineri credendum, nisi contraria mens patrisfamilias doceatur; mella certe semper esculentae penuri cedere; lacertas quoque cum muria sua contineri nec Labeo negavit.

§ 4.—Poculenta (1), penuri ea, quae vini loco paterfamilias habuit, continebuntur, suprascripta vero non continebuntur (2).

§ 5.—Penuri acetum quoque cedere nemo dubitat, nisi extinguendi ignis causa fuit paratum; tunc enim esui potuitque non fuit; (3) et ita Ofilius libro sexto decimo (4) Actionum scribit.

§ 6.—Sed quod diximus, «usus sui gratia paratum», accipiendum erit, et amicorum eius, et clientium, et universorum, quos circa se habet; non etiam eius familiae, quam neque circa se, neque circa suos habet, puta si qui sunt in villis deputati, quos Quintus Mucius sic definiebat, ut eorum cibaria contineri putet, qui opus non facerent; sed materiam praebuit Servio notandi, ut textorum et textricum cibaria adiceret (5) contineri. Sed Mucius eos voluit significare, qui circa patremfamilias sunt.

§ 7.—Simili modo et iumentorum cibaria penuri (6) continentur, sed eorum iumentorum, quae usibus ipsius et amicorum deserviunt; ceterum si qua iumenta agris deserviebant, vel locabantur, legato non cedere cibaria eorum.

§ 8.—Sive autem frumentum, sive quid leguminis in cella penuria habuit, penuri legato continebitur. Sed et hordeum, sive familiae, sive iumentorum gratia (7), et Ofilius scribit libro sexto decimo Actionum.

§ 9.—Ligna, et carbones, ceteraque, per quae penus conficeretur, an penuri legato contineantur, quaeritur. Et Quintus Mucius et Ofilius negaverunt; non magis quam molae, inquit, continentur. Idem et thus, et ceras contineri negaverunt. Sed Rutilius et ligna, et carbones, quae non vendendi causa parata sunt, contineri ait. Sextus autem Caecilius etiam thus, et cereos in domesticum usum paratos contineri legato scribit.

§ 10.—Servius apud Melam et unguentum; et chartas epistolares penuri esse scribit; et est verius, haec omnia, odores quoque, contineri; sed et chartas ad ratiunculam vel ad logarium (8) paratas contineri.

(1) Potulenta, Hal.

(2) suprascripta—continebuntur, se consideran añadidas por antiguos copistas.

(3) paratum;—fuit, se consideran añadidas por antiguos copistas.

(4) decimo quinto, Hal.; libro XI., la Vulg.

de aquellas cosas, porque no acostumbramos á comarlas, sino á comer con ellas. Trebacio escribe lo contrario en cuanto á la miel; y con razón, porque solemos comer la miel. Pero acertadamente escribe Próculo que se comprenden todas estas cosas, si no apareciera contraria voluntad del testador.

§ 3.—¿Habrá legado uno como comestibles las cosas que solemos comer, ó también aquellas con las que solemos comer? Y se ha de creer que se comprenden en el legado también estas, á no ser que se pruebe contraria intención del padre de familia; pero la miel se agrega, á la verdad, siempre á las provisiones de comer; y Labeón no negó que se contuvieran también los lagartos con su salsa.

§ 4.—En las provisiones de beber se contendrán las cosas que el padre de familia tuvo en calidad de vino, pero no se comprenderán las antes mencionadas.

§ 5.—Nadie duda que el vinagre también se agrega á las provisiones, á no ser que hubiese sido destinado á extinguir incendios; porque entonces no sirvió para la comida y la bebida; y así lo escribe Ofilio en el libro décimo sexto de las Acciones.

§ 6.—Pero lo que hemos dicho, «destinado á su propio uso», se habrá de entender también al de sus amigos, al de sus clientes, y al de todos los que tiene cerca de sí; no también al de los esclavos suyos, que no tiene ni cerca de sí, ni cerca de los suyos, por ejemplo, si hay algunos destinados á las granjas, á los cuales los definía Quinto Mucio de este modo, que creía que se comprendían los alimentos de aquellos, que no hicieran faenas; pero le dió á Servio ocasión para notar, que añadiría que se comprendían los alimentos de los tejedores y de las tejedoras. Pero Mucio quiso significar los que están cerca del padre de familia.

§ 7.—De igual modo se comprenden también las provisiones alimenticias de las caballerías, pero de aquellas caballerías que sirven para uso del mismo y para el de sus amigos; pero si algunas caballerías servían para los campos, ó se daban en arrendamiento, no se comprenden en el legado las provisiones para las mismas.

§ 8.—Mas ya si tuvo en la despensa de las provisiones trigo, ya si algunas legumbres, esto se comprenderá en el legado de las provisiones. Pero escribe Ofilio en el libro décimo sexto de las Acciones, que también la cebada, ó para los esclavos, ó para las caballerías.

§ 9.—Se pregunta, si se comprenderán en el legado de las provisiones la leña, el carbón y las demás cosas con las que se preparasen las provisiones. Y Quinto Mucio y Ofilio dijeron que no; no de otra suerte, dicen, que no se comprenden las piedras de moler. También negaron que se comprendieran el incienso y la cera. Pero Rutilio dice, que se comprenden la leña y el carbón, que no se destinaron á ser vendidos. Mas Sexto Cecilio escribe, que en el legado se comprenden también el incienso, y las velas de cera destinadas al uso doméstico.

§ 10.—Escribe Servio en sus notas á Mela, que son provisiones el unguento y el papel de cartas; y es más verdadero que se comprenden todas estas cosas, y también los olores; pero se comprende también el papel destinado para las cuentas pequeñas y los gastos diarios.

(5) Taur. según la escritura original; diceret, corrección del códice Fl., Br.

(6) Hal.; penuri, el códice Fl.

(7) paratum, contineri, inserta Hal.

(8) λογάριον [ratiunculam], Hal.

§ 11.—Vasa quoque penuria quin contineantur, nulla dubitatio est. Aristó autem scribit, dolia non contineri; et est verum secundum illam distinctionem, quam supra in vino fecimus. Nec frumenti, nec leguminum thecae, arculae forte, vel sportae, vel si qua alia sunt, quae horrei penurarii, vel cellae penurariae instruendae gratia habentur, non continentur, sed ea sola continentur, sine quibus penus haberi non recte potest.

4. PAULUS libro IV. ad Sabinum. — Nam quod liquidae materiae sit, quia per se esse non potest, rapit secum in accessionis locum id, sine quo esse non potest; vasa autem, accessio legatae penus, non legata sunt. Denique penu consumpta vasa non debentur. Sed et si penum cum vasis specialiter sit legatum, vasa non debebuntur vel consumpta penu, vel adempta.

§ 1.—Si cui, quae in promtuarío sint, legata fuerint, non omnis penus legata est.

§ 2.—Item si quis solitus fructus suos vendere, penum legaverit, non omnia, quae et promercii (1) causa habuit, legasse videtur, sed ea sola, quae in penum sibi separabat; quodsi promiscue uti solebat, tunc, quantum ad annum usum ei sufficeret, familiaeque eius, ceterorumque, qui (2) circa eum sunt, legato cedet; quod fere, inquit Sabinus, evenit in personis mercatorum, aut quoties cella est olei et vini, quae venire solebant, in hereditate relicta.

§ 3.—Nomen autem «penus» mihi traditum est omnibus generibus dictum.

§ 4.—Si ita legetur: «penum (3), quae Romae sit», utrum, quae est intra continentia, legata videtur, an vero ea sola, quae est intra murum? Et quidem urbes fere omnes muretenus finiri, Romam continentibus, et urbem Romam aequae continentibus.

§ 5.—Quodsi urbana penus sit legata, omnem, quae ubique est, legatam videri, Labeo ait, etiamsi in villa sit urbico usui destinata, sicuti urbica ministeria dicimus et quae extra urbem nobis ministrare consueverunt. Si autem extra urbem, Romae tamen sit, sed et si in hortis sit urbi iunctis, idem erit dicendum.

§ 6.—Si cui penus legata sit praeter vinum, omnis penus legata videtur excepto vino. Sed si ita scriptum sit: «omnem penum praeter vinum, quod Romae erit», sola penus, quae Romae est, legata videtur; et ita et Pomponius libro sexto ad Sabinum scribit.

5. IDEM libro IV. ad Sabinum. — Nom omne, quod bibetur (4), in penu habetur, alioqui necesse

§ 11.—No hay ninguna duda de que se comprenden también las vasijas de las provisiones. Pero escribe Aristón, que no se comprenden las tinajas; y es verdad, según aquella distinción que arriba hicimos en cuanto al vino. Y tampoco se comprenderán los depósitos del trigo, ni los de las legumbres, por ejemplo, las espuestas, u otras cosas que se tienen para que estén preparados los almacenes de provisiones, ó las despensas de estas, sino que se comprenden solamente aquellas cosas sin las que no se pueden tener convenientemente las provisiones.

4. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro IV.*—Pues lo que es de materia líquida, como no puede estar por sí, lleva consigo en calidad de accesión aquello sin lo que no puede estar; pero las vasijas son accesión de las provisiones legadas, pero no son legadas. Finalmente, consumidas las provisiones no se deben las vasijas. Pero aunque se hayan legado las provisiones especialmente con las vasijas, no se deberán las vasijas, ó consumidas, ó quitadas, las provisiones.

§ 1.—Si á alguien se le hubieren legado las cosas que están en la despensa, no se legaron todas las provisiones.

§ 2.—Asimismo, si alguno que solía vender sus frutos hubiere legado las provisiones, no se considera que legó también todas las cosas que tuvo por causa de tráfico, sino aquellas solas que para sí separaba para provisiones; pero si solía usar promiscuamente de ellas, en este caso pertenecerá al legado cuanto le baste para el uso de un año, y para el de su servidumbre, y para el de los demás que están cerca de él; lo que de ordinario acontece; dice Sabino, tratándose de las personas de los comerciantes, ó siempre que se dejó en la herencia una despensa de aceite y de vino, que se solía vender.

§ 3.—Pero á mí ha llegado que la palabra «provisiones» se dijo para todos los géneros.

§ 4.—Si se legara así: «las provisiones, que haya en Roma», ¿se consideran acaso legadas las que hay en las inmediaciones, ó solamente las que hay dentro de los muros? Y ciertamente que de ordinario todas las ciudades terminan en las murallas, pero Roma en las inmediaciones, y la urbe de Roma igualmente en las inmediaciones.

§ 5.—Pero si se hubieran legado las provisiones urbanas, dice Labeón, que se consideran legadas todas, en cualquier lugar que estén, aunque estén en la casa de campo destinadas al uso de la ciudad, así como llamamos servidores urbanos también á los que acostumbraron á servirnos fuera de la ciudad. Pero se habrá de decir lo mismo, si estuvieran fuera de la ciudad, pero en Roma, y también si en huertos adjuntos á la ciudad.

§ 6.—Si á alguno se le hubiesen legado las provisiones excepto el vino, se consideran legadas todas las provisiones excepto el vino. Pero si se hubiera escrito así: «todas las provisiones excepto el vino, que hubiere en Roma», se consideran legadas solamente las provisiones que hay en Roma; y así lo escribe también Pomponio en el libro sexto de sus comentarios á Sabino.

5. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro IV.*—No todo lo que se bebe se comprende en las provi-

(1) pro' commercii, la Vulg.

(2) quae, Hal.

(3) penus, Hal.

(4) bibitur, Hal.

est, ut omnia medicamenta, quae biberentur, continentur; itaque ea demum penoris esse, quae alendi causa biberentur, quo in numero antidotum non est; et sane vere Cassius sensit.

§ 1.—Sed quod quidam negaverunt, piper, et ligusticum, et careum (1), et laser, et cetera huiusmodi in penu non esse, improbatum est.

6. *IDEM libro X. ad Sabinum.*—Instrumentum pistrini, item universa vasa coquinatoria (2) penu non continentur.

7. *SCAEVOLA libro III. Responsorum.*—«Penum meam omnem ad matrem liberosque (3) meos, qui cum matre sunt, pertinere volo»; quaero, si tutores pupilli eam solummodo penum deberi, quae in coenaculo esset, dicant, sin autem et in horreis amphorae, an haec quoque deberentur. Respondit, quidquid penoris usus causa ubicunque habuisset, deberi.

TIT. X

DE SUPELLECTILE LEGATA

1. *POMPONIUS libro VI. ad Sabinum.*—Supellex est domesticum patrisfamiliae instrumentum, quod neque argento, aurove facta, vel vesti adnumeretur,

2. *FLORENTINUS libro XI. Institutionum.*—id est, res moventes (4), non animales (5).

3. *PAULUS libro IV. ad Sabinum.*—Supellectili legata haec continentur: mensae, trapezophora, delphicae (6), subsellia (7), scamna, lecti etiam inargentati, culcitae, toralia, impilia (8), vasa aquaria, pelves, aquimitalia, (9) candelabra, lucernae, trulla (10).

§ 1.—Item vasa aenea vulgaria, id est, quae non proprie essent loco attributa.

§ 2.—Praeterea capsae, armaria; sed sunt, qui recte putant, capsas et armaria, si librorum, aut vestium, aut armamentorum (11) gratia parata sint, non esse in supellectili, quia ne haec quidem ipsae res, quibus attributae essent, supellectilis instrumento cederent.

§ 3.—Vitrea escaria et patoria in supellectili sunt, sicut fictilia, nec solum vulgaria, sed etiam quae in pretio magno sunt; nam et pelves argenteas, et aquimitalia (12) argentea, et mensas, et lectos inargentatos, vel inauratos atque gemmatos in supellectili esse non dubitatur, usque adco, ut idem iuris sit, et si tota argentea vel aurea sint.

§ 4.—De murrhinis et crystallinis dubitari potest,

(1) corraeum, *Hal.*
(2) Según nuestra enmienda; véase el fr. 19. § 12. D. XXXIV. 2.; cocitatoria, el código Fl.; conclinatoria, la *Vulg.*; coquinatoria, *Hal.*

(3) libertosque, *Hal.*
(4) mobiles, *Hal. Vulg.*
(5) animalia, la *Vulg.*
(6) delphica, *Hal.*

siones, pues de otra suerte sería necesario que se comprendieran todos los medicamentos, que se bebiesen; y así solamente son de las provisiones las cosas que se beban para alimentarse, en cuyo número no está el antidoto; y ciertamente opinó con verdad Cassio.

§ 1.—Pero se desestimó lo que algunos negaron, que la pimienta, el ligústico, la alcarabea, el benjui, y otras cosas semejantes, no se comprenden en las provisiones.

6. *EL MISMO; Comentarios à Sabino, libro X.*—Los utensilios del tahonero, y todos los vasos de cocina, no se comprenden en las provisiones.

7. *SCAEVOLA; Respuestas, libro III.*—«Quiero que todas mis provisiones les pertenezcan á mi madre y á mis hijos, que están con mi madre»; pregunto, si, diciendo los tutores del pupilo que se deben solamente aquellas provisiones, que hubiese en el cenáculo, pero habiendo también ánforas en los almacenes, se deberán también estas. Respondió, que se debía todo lo que por causa de uso de provisiones hubiese tenido en cualquier parte.

TÍTULO X

DEL LEGADO DEL AJUAR

1. *POMPONIO; Comentarios à Sabino, libro VI.*—Son ajuar los utensilios domésticos del padre de familia, que no se cuenten en la plata ó en el oro labrado, ó entre los vestidos,

2. *FLORENTINO; Instituta, libro XI.*—esto es, cosas muebles, no animadas.

3. *PAULO; Comentarios à Sabino, libro IV.*—En el ajuar legado se comprenden estas cosas: las mesas, los veladores, los tripodes, los bancos, los escaños, las camas aun las plateadas, los colchones, las colchas; los escarpines, los vasos para agua, los barreños, las palanganas, los candelabros, las lámparas y las garrafas.

§ 1.—También los vasos de metal vulgares, esto es, que no esten destinados propiamente á un lugar.

§ 2.—Además las cajas y los armarios; pero hay quienes opinan con razón, que las cajas y los armarios, si fueron destinados para libros, ó vestidos, ó armamentos, no se comprenden en el ajuar, porque ciertamente que ni estas mismas cosas, á las que estuviesen destinados, se comprenderian en los utensilios del ajuar.

§ 3.—Los objetos de vidrio para comer y beber se comprenden en el ajuar, como los hechos de barro, y no solamente los vulgares, sino también los que son de gran precio; porque no se duda que los barreños de plata, las palanganas de plata, las mesas, las camas plateadas, ó doradas, y guarnecidas de piedras se comprenden en el ajuar, de tal manera que el mismo derecho habria también si estas cosas fueran íntegramente de plata ó de oro.

§ 4.—Se puede dudar en cuanto á los objetos de

(7) *Taur.*; sursellia, el código Fl., *Taur.* en la nota.
(8) Según conjetura Cuyacio (*Obs.* X. 13.); véase el fr. 25. § 4. D. XXXIV. 2.; imperia, el código Fl.; toralia, inappae, villosae, vasa, *Hal.*

(9) aquiminaria, al margen interior del código Fl.
(10) trullae, *Hal.*
(11) armorum, *Hal. Vulg.*
(12) aquiminaria, al margen interior del código Fl.

intra y de cristal, si se deberán contar en el
 ajuar á causa de su excepcional uso y precio; pero
 también se ha de decir lo mismo respecto á ellos.
 § 5.—Y no importa de qué materia sean las cosas
 que se comprenden en el ajuar; pero no se com-
 prende en el ajuar la copa grande de plata, ni nin-
 gún vaso de plata, conforme á la severidad de los
 tiempos que no admitían todavía ajuar de plata.
 Hoy, á causa del uso de los imperios, si el cande-
 labro de plata ha sido comprendido en la plata, se
 considera que es de la plata, y el error hace de-
 recho.

4. EL MISMO; *De la significación de la palabra*
instrumento, libro unico.—Las carrozas y las ban-
 guetas se suelen contar en el ajuar.

5. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro IV.*
 —Se puede dudar en cuanto á los tapetes, con que
 se suelen cubrir los bancos de cátedra, si se com-
 prenden en los vestidos, como las cubiertas, ó en
 el ajuar, como las colchas, que propiamente no son
 cubiertas. Y pareció más bien, que ellos se com-
 prendan en el ajuar.

§ 1.—Mas respecto á los tapetes ó toldos con que
 se cubren los vehículos, se puede dudar si se com-
 prenden en el ajuar. Pero se ha de decir, que
 son más bien utensilios de viaje, como las pieles
 en que se envuelven los vestidos, y también las
 correas con que se suelen atar estas pieles.

6. ALFENO; *Digesto compendiado por Paulo,*
libro III.—Opino que son del ajuar aquellas cosas
 que estuviesen destinadas al uso común del padre
 de familia, que no tengan por separado nombre de
 su propio género; por lo cual las cosas que perte-
 necen á algún género de arteificio, y no hubiesen
 sido acomodadas al uso común del padre de fami-
 lia, no son del ajuar.

7. CARLOS; *Digesto, libro XIX.*—Dice Labeon,
 que el origen del ajuar (*suppellex*) fue, que alguna-
 mente se les solían poner bajo pieles, á los que
 marchaban á una legación, las cosas que habian
 de servir para su uso.

§ 1.—Tuberon intenta definir de este modo el
 ajuar: ciertos utensilios del padre de familia, de-
 signados al uso cotidiano, que no se com-
 prendan en otra especie, como, por ejemplo, las
 provisiones, la plata, los vestidos, los adornos, los
 utensilios del campo, ó de la casa. Y no es de ex-
 trañar, que con las costumbres de la ciudad y con
 el uso de las cosas se haya cambiado su denomi-
 nación; porque usaban el ajuar de barro, ó de ma-
 dera, ó de vidrio, ó finalmente de cobre; ahora,
 márfil, de concha, y de plata, y ya usan ajuar tam-
 bién de oro y de piedras preciosas; por la cual con-
 viene mirar por la especie de las cosas más bien
 que por la materia, si son preferentemente del
 ajuar, ó de la plata, ó del vestido.

§ 2.—Confesa Servio, que se debe ver por la in-
 tención del que las legare, á que cuenta haya solidido
 referir estas cosas; pero si aquellas de que no se du-
 dase que eran de otro género, por ejemplo, la vajil-
 la de plata, ó los capotes y las togas, las hubiere so-

an debeant adnumerari suppellectili, propter exi-
 mium usum et pretium; sed et de his idem dicen-
 dum est.
 § 5.—Nec interest, cuius materiae sunt res, quae
 sunt in suppellectili; sed craterem argenteum non
 esse in suppellectili, nec ullum vas argenteum, se-
 cundum seculi (1) severitatem nondum admitten-
 tis suppellectilem argenteam. Hodie propter usum
 imperiorum (2), si in argento relatum sit cande-
 labrum argenteum, argenti esse videtur, et error
 ius facit.

4. IDEM *libro singulari de instrumenti significa-
 tione* (3).—Rheda et sedularia (4) suppellectili ad-
 numerari solent.

5. IDEM *libro IV, ad Sabinum.*—De tapetis
 quaeritur potest, subsellia (5) cathedraria, quibus in-
 sterni solent, utrum in veste sint, sicut stragula,
 an in suppellectili, sicut toralia, quae propria stra-
 gularum non sunt. Et hoc magis placuit, ea supel-
 lectili contineri.

§ 1.—De tapetis autem vel histeis, quibus inster-
 nuntur vehicula, dubitari potest, an sint in su-
 pellectili. Sed dicendum est, potius instrumentum
 videri ea esse, sicut pelles, quibus involvuntur
 vestimenta, loca quoque, quibus haec pelles con-
 stringi solent.

6. ALFENUS *libro III, Digestorum a Paulo epi-
 tomatorum.*—Suppellectilis eas esse res puto, quae
 ad usum communem patrisfamilias paratae essent,
 quae nomen sui generis separatim non haberent;
 quae quae ad artificii genus aliquid pertinerent,
 neque ad communem usum patrisfamilias accom-
 modatae essent, suppellectilis non esse.

7. CARLOS *libro XIX, Digestorum.*—Labeo ait,
 originem fuisse suppellectilis, quod olim his, qui in
 legationem proficiscebantur, locari solerent, quae
 sub pellibus usui forent.

§ 1.—Tubero hoc modo demonstrare suppellecti-
 lem tenat, instrumentum quoddam patrisfamilias
 rerum ad quotidianum usum paratarum, quod in
 argenteum, vestem, ornamenta, instrumenta agris,
 argentum, vestem, ornamenta, instrumenta agris,
 aut domus. Nec mirum est, moribus civitatis et
 usu rerum appellationem eius mutata esse; nam
 aut domus. Nec mirum est, moribus civitatis et
 usu rerum appellationem eius mutata esse; nam
 fictili, aut lignea, aut vitrea, aut aerea denique
 suppellectili utebantur; nunc ex ebore, atque testu-
 dine, et argenteo, iam ex auro etiam atque gemmis
 suppellectili utuntur; quare speciem potius rerum,
 quam materiam intueri oportet, suppellectilis potius,
 an argenti, an vestis sint (6).

§ 2.—Servius fatetur, sententiam eius, qui lega-
 veri, adspici oportere, in quam rationem ea solitas
 tur, quin in alieno genere essent, ut puta escarium
 argentum, aut paenulas et togas suppellectili quis

(1) Casellii, por seculi, Hal
 (2) Imperatorum, orioa en Hal
 (3) Instrumenti significatione rethae, Hal.
 (4) soliquastris, Hal.

(6) et, inserta Hal.
 (5) oportet. Sed de his quidem, de quibus dubitari potest,
 suppellectilis potius, an argenti, an vestis sint, Servius fatetur,
 Hal. Vult.

adscribere solitus sit, non idcirco existimari oportere, supellectili legata ea quoque contineri; non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere. Id Tubero parum sibi liquere ait, nam quorsum nomina, inquit, nisi ut demonstrarent voluntatem dicentis? Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentiret, ut maxime nomine usus sit, quo id appellari (1) solet, nam vocis ministerio utimur; ceterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit. Sed etsi magnopere me Tuberonis et ratio, et auctoritas movet, non tamen a Servio dissentio, non videri quemquam dixisse, cuius (2) non suo nomine usus sit; nam etsi prior atque potentior est, quam vox, mens dicentis, tamen nemo sine voce dixisse existimatur, nisi forte et eos, qui loqui non possunt, conatu (3) ipso et sono quodam *καὶ τῆ ἀνάρρητον φωνῆ* [inarticulata voce] dicere existimamus.

8. MODESTINUS (4) libro IX. *Responsorum*.—Quum quidam uxori suae legaverat domum cum iure suo omni, et instrumento, et supellectili (5), quaerebatur, an videretur et argentum escale et pitorium legato contineri. Respondit, si quid in supellectili argentum est, deberi; escale autem vel pitorium argentum non deberi, nisi hoc quoque testatorem sensisse legatarius doceat.

9. PAPINIANUS (6) libro VII. *Responsorum*.—Legata supellectili, quum species ex abundantia per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur; si tamen species certi numeri demonstratae fuerint, modus generi datus in his speciebus intelligitur. Idem servabitur instructo praedio legato, si quaedam species numerum certum acceperint.

§ 1.—Supellectilis mensas esse cuiuscunque materiae, scilicet vel argenteas vel argento inclusas, placet; nam et argenteos lectos, item argentea candelabra supellectili cedere posterior aetas recepit, quum et Ulixem ex (7) auro et argento lectum viventis arboris truncis aedificatum ornasse (8), quem Penelopa recognoscendi viri signum accepit, ut voluit Homerus.

§ 2.—Supellectili sua omni legata acceptum argentum pignori non continebitur, quia supellectilem suam legavit; utique si non in usu creditoris id argentum voluntate debitoris fuit, sed propositum (9) propter contractus fidem ac restituendae rei vinculum.

10. IAVOLENUS libro III. *ex Posterioribus Labeonis*.—Qui vestem omnem, et res plurium generum supellectilis expenso ferre solitus erat, is uxori supellectilem legaverat; recte negabant vestem legato cessuram Labeo, Ofilius, Cascellius, quia non

lido comprender uno en el ajuar, no por esto se debe pensar, que se comprenden también en el ajuar legado; porque no se deben entender los nombres según las opiniones de cada cual, sino con arreglo al uso común. Esto dice Tuberon que está poco claro para él, porque ¿para qué los nombres, dice, sino para que demuestren la voluntad del que habla? Ciertamente, no creo que nadie diga lo que no siente, mayormente habiendo usado el nombre con que se suele llamar aquella cosa, porque nos valemos del medio de la voz; mas no se ha de estimar que nadie dijo lo que no tuvo en su mente. Pero aunque pueden para mí mucho la razón y la autoridad de Tuberon, no disiento, sin embargo, de Servio, de que no parece que dijo una cosa el que no usó de su propio nombre; porque aunque es anterior y más poderosa que la voz la intención del que habla, sin embargo, no se estima que nadie habló sin voz, á no ser acaso que estimemos que hablan con el mismo conato y cierto sonido *καὶ τῆ ἀνάρρητον φωνῆ* [y voz inarticulada] también los que no pueden hablar.

8. MODESTINO; *Respuestas, libro IX*.—Habiendo legado uno á su mujer una casa con todos sus derechos, con los utensilios y con el ajuar, se preguntaba, si se consideraría que se comprendían en el legado los objetos de plata para comer y beber. Respondió, que si en el ajuar hay alguna cosa de plata, se debía; pero que no se debían los objetos de plata para comer y beber, á no ser que el legatario pruebe que también á esto se refirió el testador.

9. PAPINIANO; *Respuestas, libro VII*.—Cuando legado el ajuar se enumeren á mayor abundamiento algunas especies por impericia, no se deroga el legado general; pero si se hubieren designado especies de cierto número, se entiende que al género se le dió limite en estas especies. Lo mismo se observará habiéndose legado un predio provisto, si á algunas especies se les hubiere fijado cierto número.

§ 1.—Está determinado que son del ajuar las mesas de cualquier materia que sean, esto es, ó de plata ó embutidas en plata; porque los tiempos posteriores han admitido que las camas de plata y también los candelabros de plata se agreguen al ajuar, porque también Ulises adornó con oro y plata la cama construída con troncos de un árbol verde, que recibió Penélope en señal de reconocer á su marido, según dijo Homero.

§ 2.—Habiendo legado uno todo su ajuar, no se comprenderá la plata recibida en prenda, porque legó su propio ajuar; esto así, si por voluntad del deudor no estuvo esta plata al servicio del acreedor, sino depositada por razón de seguridad del contrato y como vínculo para la restitución de la cosa ajena.

10. JAVOLENO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeón, libro III*.—Uno que había solido poner en la cuenta del ajuar todos los vestidos y cosas de varios géneros, había legado á su mujer el ajuar; con razón decían Labeón, Ofilio y Cascelio, que los

(1) non, inserta Hal.
 (2) qui, Hal.
 (3) Hal. Vulg.; conato, el código Fl.
 (4) Paulus, Hal.
 (5) domum cum iure suo, et omni instrumento et supellectili, Hal.

(6) Idem, Hal. Véase la nota 4.
 (7) Ulysses auro, Hal.
 (8) Súplase constet; ornasset, Hal.
 (9) repositum, acertadamente Hal.